



6/10

Nes





B. C. | D.

ANNVS DECRETORIVS CIO IOC XXIII

in Instrumenti Pacis Cæsareo-Svecici Art. V.

inter

ROMANO-CATHOLICOS

ex una

&

AVGVSTANAE CONFESSIONI ADDICTOS

ex altera parte,

quoad Restitutionem in causa Religionis, ejusdemque an-
norum Iurium & bonorum Ecclesiasticorum faciendam,
memorandus,

oder

Das Entscheid-Jahr zwischen Catholisch-
und Evangelischen / in strittigen Religions-
und darzu gehörigen Gerechtigkeits-Abungen,

SVB MODERAMINE

DN. HENRICI HILDEBRANDI,

J. U. D. & Institut. Imperial. Profess. Publ.

nec non Facult. Jurid. h. t. Decani,

DOMNI PATRONI & PRÆCEPTORIS sui aciem deueniendi,
placida Eruditorum discussione submissus*ad d. 26 Martii, A. O. R. clo lccc.*

ab

A. G. R.

JOHANNE CHRISTOPHORO FVRERO,

ab Haimendorf, P. N.

ALDORFI,

RECVS. IOD. CIVIL. NOBLESII VNIV, TYPOGR. 1734.

ACTUS DECISIONIS

ROMANO-CATHOLICIS

AVOY... SOMMISSIONI...

...in carnis religionis, eius...

...de...

DN. PIERRE CI. HILDEBRANDI


...F. RENO





PRÆFATIO,
DISCURSVM HISTORICVM

præmittens,
quæ occasio fuerit
ANNVM DECRETORIVM
constituendi.



*N*emini profecto, nisi plane in historia exu-
li, ignota prorsus erit magna illa atq; ce-
leberrima Religionis, sub Imperatore Au-
gustissimo Carolo V. Reformatio, post tot
traditionum Pontificiarum, totve erro-
rum ac abusuum in Ecclesia Romana emi-
nentium, & eorundem numerum tunc
temporis maxime ad augmentum indulgen-
tiarum nundinationem, per Joh. Tezelium, Ordinis Dominica-
norum Monachum, solemniter institutarum, manifestationem
atque reprehensionem, Divino instinctu auspiciisque B. D. Lu-
theri Wittebergæ A. 1517. in thesibus affixis publice obmota,
a nonnullis Principibus & Statibus Imperii, postea Protest anti-
bus denominatis, in suis Territoriis feliciter suscepta, & Fæ-
dere postmodum Schmalcaldico A. 1529. primum initio, solenni
Confessione Imperatori d. 25. Jun. A. 1530. exhibita testificata,
A 2 atque

atque adeo, subsecuto A. 1546. bello ab Hartzleda, duobus Tomis
 late descripto, amore Periculis divina defensa, & A. 1552.
 per Mauritii Electoris Saxoniae victoriam singulariter conser-
 vata, ac secuta eodem anno Transactione Passaviensi primum
 firmata, nec non paulo post Pacificatione & solenni Imperii
 Sanctione, qua Pax Religiosa perpetuo audit, atque Augusta
 Vindelicorum An. 1555. concludebatur, peculiariter munita,
 per quam non solum purioris Evangelicæ Religionis libera pro-
 fessio, & Bonorum Ecclesiasticorum justa ac decens administra-
 tio, a laudatissimis supra Protestantibus Statibus fuit obtenta,
 & Jurisdictio Ecclesiastica a Pontificibus hucusque usurpata,
 postliminio reducta. Publica Pax Religionis sic equidem sanc-
 cita erat, ast ideo tacita odia, mutueque suspiciones non cessa-
 bant; Siquidem non ita longe post, varia rursus in utramque
 partem Disputationes ac Rixe sunt exorta, ita, ut quidam circa
 textum ipsum dictæ Pacificationis, quidam circa illius exten-
 sionem & explicationem variis modis altercarentur. Huic dis-
 sidio ac simultati amplissimam dabat causam, (I.) §. Und nach-
 dem re. 18. laudata Pacis Religiosa, quem locum peculiari cog-
 nomen, Reservatum Ecclesiasticum, den Geistlichen Vor-
 behalt / Freystellung, oder Freystellung der Religion/
 & Autonomiam appellant, quo Catholicis sibi cautum esse per-
 hibent; Personas Ecclesiasticas ad Augustanam Confessionem
 transilientes, sive sint Archiepiscopi, Episcopi, Abbates &
 Prelati, eo ipso, quo Religionem novam amplectuntur, non tan-
 tum dignitatibus, titulis atque prerogativis suis excidere,
 verum etiam ditionibus, beneficiis atque Principatibus suis, in-
 totum privari, & exinde Collegium Canonorum, vel illos,
 qui electionem alias exercent, esse obstrictos, ad novum &
 quidem Romana Ecclesie addictum Archiepiscopum, Episcopum
 & Prelatum, vel eligendum, vel postulandum. Quamobrem
 etiam in Collegiis illorum, juramentorum obligationumque,
 quas

quas persona ecclesiastica noviter electa, vel postulata, praestare tenentur, formula tali modo sunt concinnatae, ut nemo ad possessionem Archiepiscopatus vel similis Beneficii eique annexas Dignitates & Regalia, Sessionem etiam & votum in Comitibus tam universalibus quam particularibus pertendere queat, nisi qui pallium vel confirmationem a Pontifice Romano ingenti redemerit pretio. Cui tamen ideo contradixere Protestantes, quia in isthunc §. Und nachdem ic. 18. sese nunquam consensisse, sed illi ibidem solitarie inserto Reservato, se semper opposuisse, erat in aplice, & a Rege Romanorum Ferdinando expressis verbis, dicto §. Und nachdem ic. 18. additum: Daß sich beider Religion Stände nicht haben vergleichen können ic. Ut ut vero ita inseruerit Ferdinandus gloriosissima memoria, Paci Religiose istam clausulam, in vitiis Protestantibus, in Praxi tamen generaliter Transactionis Passaviensis exercebatur, uti Saxonicarum Ecclesiarum ad nostra Sacra accedentium, & bona nihilominus retinentium exempla plura restantur. Kalpis. ad Monzamban. part. 2. cap. 5. §. 11. pag. 96. Exuto autem nihilominus, ob Religionem Evangelicam amplexum, Gebhardo Truckessio, Archiepiscopo & Electori Colonicensi, Ditionibus, Evangelici quidam suarum contradictionum fundamenta ita adversa Parti repraesentarunt, ut ista, tanquam convicta, ut scopulos, argumenta illa sine responsione prateravigaverit, referente Thurno lib. 78. in fin. Adstantur Loudorp. act. publ. Tom. V. pag. 1046. & Tom. VI. pag. 37. & seqq. Theat. Europ. Tom. 5. p. 982. 983. 1102. 1113. & seqq. Pfan. in Hist. Pac. Westph. lib. 2. n. 70. pag. 177. Jusf. Stenold. Schütz. de Republ. Rom. Germ. Volum. 2. exerc. 4. ad th. 15. lit. A. Ulricus Obrecht. ad Instrum. Pac. Westphal. art. V. pag. 147. Idem in peculiari de hoc Reservato Dissert. Lehman. Acta relig. lib. 13. num. 33. & seqq. Verum contentione hanc adangebatur porro (II.) insignis contro-

versia de bonis Mediatis & Immediatis Ecclesiasticis. Nam im-
 mediata Bona Ecclesiastica ideo nullo modo concedenda atque re-
 linquenda esse Protestantibus, Catholici asseverabant, cum nec
 ipse Imperator, circa ejusmodi Bona quicquam possit disponere,
 atque intentioni & voluntati priorum fundatorum plane sit con-
 trarium, bona ac largitiones suas, quibus e summo devotionis
 zelo ecclesias dotabant, nunc ab haereticis, ut vocabant Luthe-
 ranos, possideri, illosve eorum incrementis perfrui. Bona ec-
 clesiastica Mediatata vero, quae Augustanae Confessioni addicti Prin-
 cipes, vi Superioritatis Territorialis & Jurisdictionis Ecclesia-
 sticae, introducta Luce Evangelicae Religionis in alium piium &
 condecensentem usum converterant, ideo repetere moliebantur Pon-
 tificii, quia tempore Transactionis Passaviensis, adhuc in eorun-
 dem fuissent dispositione. Huic rei A. 1629. Edictum de Resti-
 tutione eorundem omnino faciendum, a Ferdinando II. promulga-
 tum, accedebat, ex quo, veluti ex infeliciter seminato ovo, ma-
 ximi motus prodierunt. Exhibetur illud apud Linnaeum una
 cum illis, quae a Protestantibus fuere opposita, Tom. I. addit. r.
 c. 13. pag. 145. Add. Scipionis Arezini Gründliche Deduction
 wie es mit dem Kayserl. Religions Edict und dem Geist-
 lichen vermessenen Vorbehalt eigentlich bewandt. Pfsan. in
 Hist. Pac. Westp. lib. 2. n. 70. pag. 181. Burgold. ad Instr. Pac. part.
 2. disc. 9. §. 13. Just. Sinold. Schütz. Volum. 2. ex. 4. th. 14.
 lit. B. pag. 236. 237. 238. Imo ad illa Dissidiorum genera quo-
 que pertinebat (III.) maxime agitata quaestio de Jure atque po-
 testate in Ditionibus atque Territoriis suis reformandi Religio-
 nem. Catholica enim Religioni addicti unanimiter asseriebant,
 curam Religionis ad Episcopum sive Clericos illius loci pertinere,
 neque eandem spectare ad Principes sive Dominos Territoriales,
 verum esse annexam potestati Ecclesiasticae, ita, ut Episcopi etiam
 in Territorio alieno, invito Principe, alienam Religionem agno-
 scente, Jurisdictionem suam Ecclesiasticam exercere possent, in
 unum

munimentum opinionis sua, ipsius Pacis Augustana Religiosa §. Darge gen sollen die Stände ic. 16. §. Diweil aber etliche ic. 19. §. Damit aber obbersührter ic. 20 §. Als auch ic. 21. allegantes, exindeque inferentes Jurisdictionem Ecclesiasticam omnino ipsis concedendam, neustquam vero ad Jus territoriale Jus reformandi pertrahendum esse, utut in modo citatis § §. Jurisdictionis Ecclesiasticae in Ditionibus Evangelicorum sit aliquatenus limitata atque dilata, non tamen oppido atque firmiter ubivis exinde permanere, illam penitus esse eradicatam atq; sublatam. Sed respondebant ad haec argumenta Protestantes: cum Religio Evangelica per Pacem Religiosam sit admissa & approbata, ideo cuique Status esse liberum, Religionem secundum beneplacitum suum introducere, ordinare atq; permutare, ad § §. autem Pacis Augustanae a Catholicis in contrarium adductos, ita excipientes: illos suam tueri causam, expresse enim illic esse sancitum: Catholicorum Jurisdictionem in Territoriis Protestantium esse sublatam, & prorsus non exercendam, salvis tantummodo redditibus, Catholicis e Territoriis Protestantium solvendis, in munimentum assertionis sua porro producentes. §. Und damit ic. 15. Pacis Religiose, ubi expresse cautum, ne Protestantes propter Religionem offenderentur, vel in illius Exercitio turbarentur, quod si autem non sint turbandi plebeji, multo minus Principes Religionem in ditione sua permutantes. Maxime etiam cum ipsis tacite hoc jam concessum fuerit ante Pacem Religiosam in R. I. Spirensi de A. 1526. §. 4. ibi: Demnach haben wir auch Churfürsten und Stände und dero selben Botschafften/ uns jeco also hic auf diesem Reichs-Tage einmüthiglich verglichen und vereinigt/ mittler Zeit des Concilii oder National-Versammlung/ nichts destoventger mit unsern Unterthanen/ ein jeglicher in Sachen/ so das Edict durch Kayserliche Majestät auf dem Reichs-Tage zu Worms ausgegangen/ belangen möchten/ für sich also zu leben/ zu regieren und zu halten/ wie ein jeder solches

ches gegen Gott und Kayserlicher Majestät hofft und
 vertraut zu verantwörtet. De hac re videri meretur Decla-
 ratio ista Caroli V. super R. I. de A. 1541. Protestantibus data
 apud Horleederum, Von Ursachen des teutschen Kriegs. lib.
 I. cap. 27. n. 713. &c. Disceptabatur non minus porro (IV.)
 mirum in modum circa Autonomiam subditorum Pontificiorum,
 hoc est, circa libertatem Evangelicorum quacunque ratione Pon-
 tificiis Territoriorum Dominis subjectorum, in cit. Pace Religiosa
 de Anno 1555. S. Wo aber unsere 16. 24. stabilitam, quam,
 utpote satis stabile beneficium, haud inturbatam relinquebant
 Pontifici, sed varia etiam circa illam adinvenerunt circumdu-
 ctionum & frustrationum genera, dum non solum illis publicos
 sacrorum & divini numinis cultus in totum interdicebant, sed
 adeo provatis adibus interclusa Religionis exercitia prohibebant,
 atque eosdem e civili propemodum Societate, per rejectionem a
 testimonio, advocatia, aliisque civilis societatis & Republica
 muneribus, excluderant, ministrorum ecclesiasticorum Lutherana-
 norum liberos spuris & adulterinis equiparabant, denique se-
 pultura privatos pecudum instar in prata vel aquam prosterne-
 bant. Discessum vero eligentibus, non ubique facultatem emi-
 grandandi, bonaque sua vendendi concedebant, quandoque carcere
 multitis innumerisque aliis tribulationibus atque afflictionibus
 fidem suam egerare cogebant, quibusdam vero in locis Emigratio
 equidem permissa, verum illis terminus brevis spatiumque tem-
 poris, inter quod bona vendere eos oportebat, adeo exiguum con-
 stituebatur, ut vel in loco manere, vel res suas vilissimo pretio
 distrahere necessum ipsis fuerit, quod ipsum adeo, lite de hoc
 forte an mota, maximo saepe labore, per judiciorum infensorum
 longos tramites, quoad dimidiam consequebantur partem. Imo
 plurimis contigit vicibus, ut quandoque bona illorum tanquam
 rebellium per duelliumque propter leves & saepenumero fictas accu-
 sationes retenta, Fisco addicerentur. Quandoque liberi istorum
 ob

ob vanum hunc pretextum retinebantur, ac si isti tanquam im-
 puberes, voluntatem nondum exprimere possent, ideoque de-
 claratione, num in loco perstare, non abire vellet, desiste-
 rentur. Aliis autem in locis existimata adeo fuit, emigratio
 Evangelicis concessa, necessitatis, ut eis, licet cultum Religionis
 suae privatim in aedibus solum exercere desiderarent, nihilomi-
 nus etiam peregrinandum fuerit, quatenus expresse illud bene-
 ficium de mera eorundem voluntate & arbitrio fuerit. Vid. Pac.
 Relig. de An. 1555. §. Wo. ober. unjere. 10. 24. ubi particula:
 Wolten; secundum literam exprimitur. Tandem altercationis
 ad disputationis utrinque obmotæ, cum aliis heic non memorandis,
 agmen quasi clauderet (V.) gravamen ob præstationes e. Bonis
 Ecclesiasticis in alieno Territorio ditioneque sitis. Utut enim de
 his jamjam satis Evangelicis cautum in R. A. de An. 1541. &
 de An. 1544. idemque confirmatum esset in Pace Religiosa de A.
 1555. §. Dagegen tollen die Stände. 10. & 1. Als auch den
 Ständen 10. 21. Nihilominus tamen continua intervenire utra-
 que ex parte querela: conventos hosce articulos minime obser-
 vari, atque in cassum quasi conscriptos censeret, de quibus rixis
 atque acerrimis contentionibus hinc inde agitatis, ac imo quas
 digito heic intimatis late videri possunt. Pfan. in Hist. Pac.
 Westph. lib. 2. n. 70. &c. Londorp. in Act. publ. Tom. V. pag.
 1046. & Tom. VI. pag. 36. 37. & seqq. Obrechts. ad. art. 5. In-
 strum. Pac. Westphal. Verum enim vero & hæc lites omnes de-
 nique felicem sunt inactæ finem, sed demum post Bellum istud
 Posteritati sola recordatione adhuc horrendum, ab anno 1618.
 Inchoatum, & usque ad annum 1648. continuatum, per solen-
 nes Tractatus Pacis Westphalicae eodem anno subsecutos, in qui-
 bus non modo adductis disceptationibus, post Pacem Religio-
 sam An. 1555. irritam, utrinque denuo tam quoad Religionis
 exercitium & jura eidem annexa, quam quoad Bona Ecclesia-
 stica cujuscunque generis exortis, decisio est data; sed & ma-
 xime

xime pro regula & norma dijudicandi, tempus possessionis utriusque partis, circa Religionem ejusque annexa jura ac Bona Ecclesiastica, constitutum atque sancitum est. Pro isthoc Termino primum Protestantes postulabant, quo constitueretur A. 1618. ita, ut, qui eo Anno in possessione vel quasi Religionis vel ejus annexorum jurium ac Bonorum fuisset, ille quoque secundum hunc annum porro relinquendus in eadem esset; Catholica Religio vero affecta diem 12. Nov. An. 1627. vicissim efflagitabant, ita, ut secundum statum illius anni, Protestantibus jura & Bona Ecclesiastica retinendi facultas esset. Ast ha postulariones, habito longo hac in re tractatu, ex utraque parte tandem ad medium sunt redacta, & unanimi summorum Dn. Pacificatorum consensu, Terminus primus dies Januarii anni millesimi sexcentissimi vigesimi quarti, vid. Instrum. Pac. Casar. Svec. Art. 5. §. Terminus a quo &c. 2. & §. Hoc tamen non obstante &c. 30. potissimum constitutus est, secundum quem, tanquam ex Decreto, omnes post Pacem Religiosam excitata rixa decidenda, limitanda atque determinanda essent. Huncce Terminum nunc quibusdam Thesisibus solenniter explicare ac declarare, pro tenui ingenii mei peritia, DEO assistente, animus est. Huiusce natui Academico ut faveas, Lector Benevole, Te obnixè rogatum volo.



CAPVT. I.

CAPVT. I. GENERALE,

*Anni Decretorii Synonymiam, Descriptionem,
& nonnulla prætermittenda alia, ad Discursum
præliminarem facientia, tractans.*

§. I.

Cum consuetudo inveterata sit quasi, Dissertationibus præponendæ materiæ, appellationes diversas atque *Synonyma* præmittere; Igitur nec ego hujus immemor. præsentibus hæc paginas, sine omni tamen alia inani vobum jam fatis cogitarum enodatione, exordior a Synonymis & variis Denominationibus istis, quas Annus hæc 1624. subinde accipit. Quidam enim illum dicunt *Annum Criticum*, Dn Stryk. in *Dissertatione de Via facti Principibus Imperii permissa*, cap. 3. §. 5. ideo, quia secundum eum minutissima quævis, tam ratione Religionis, quam ratione iurium eidem annexorum ac Bonorum Ecclesiasticorum inquiruntur, eaque omnia, uti dicto anno possessa fuere, ad restitutionem & confirmationem deducuntur. Alii istum annum *Terminum* vocant, quia omnia, quoad stabilendam Pacem & concordiam in Ecclesiasticis rebus determinat, & antea in iis obmotas lites finit. Vid. Instrum. Pac. Cæs. Suecic. *Artic. 5. §. Terminus a quo.* 2. Deck. in *Consult. de Pac. civ. relig. dat. part. I. num. 18.* Rhet. in *Inst. Jur. Publ. lib. 2. tit. 1. §. 25.* Nonnulli *Normam*; ad quam omnia dirigenda. Rhet. in *Inst. Jur. Publ. loc. cit.* item *Regulam*; secundum quam cuncta ordinanda. Phil. Jac. Reichard. in *Diss. de Term. a quo Restit. Bon. Eccles. §. 1.* apud de Schilt. de *Pac. R. c. 9. in fin.* appellitant. Imo quoque *Fundamentum* & *Basin* in exercitio Religionis & Limitationem omnium post Pacem Religiosam enatarum controversiarum salutant, Just. Si-
B 2
nold.

nold. Schütz. *de Republ. Rom. Germ. vol. 2. exercit. 4. in fin.*
& Nozæ Scharfimidii ibidem. Gvil. Ignat. Schütz. *in Manual.*
Pacif. quest. 10. cum Noz. Heydeni Borromei Riccrunti. Lau-
 dat. Reichard. *in Diss. de Term. Restit. Bon. Eccles. §. 26. in fin.*
 Sed cum nemo cogatur in hujus vel illius jurare terminos, ma-
 xime si nec expressa lex, nec conventio id postulat, hinc cum
 aliis vid. laud. Schilter. *de Pns. Relig. in Act. miscellan. subjunct.*
Consil. §. pag. 449. in medi. ibi: und den *Annun Decretori-*
um &c. huncce *Annun Decretorium* nomino, idque ideo,
 quia ille, tanquam Deoretum, post causæ discussionem plenissi-
 mam, inter partes litigantes ad instar sententiæ a summis Dnn.
 Pacifcentibus conceptum, omnes circa Religionis Exercitium &
 Bona Ecclesiastica, disceptationes & lites post Pacem Religiosam
 denuo obmotas perimit, Pacem atque Concordiam inter omnes
 Religionum ibidem adprobatarum Affectas promovet, & rixis
 in posterum oriundis canonem ac regulam in modum quasi rei
 judicatæ præscribit. Vid. *Instrum. Pac. Westphal. Art. 5. §. Ter-*
minus a quo &c. 2. §. Quacunq. monasteria &c. 24. & §. Pacis
autem &c. 32. ibi: Ut ipse instar regula obtineat. Obrecht. *in*
Comments. ad h. l. Dn. Schaumchmid. ad Just. Sinold. Schütz. de
Republ. Rom. Germ. vol. 2. ex. 4. in fin.

§. II.

Quod attinet ad *Descriptionem* hujus *Anni Decretoris*
 MD CXXIV. eandem ita præfiguro: Est Terminus a Sum-
 mis Dnn. Pacificatoribus in Instrumento Pacis Westphalicæ Cæ-
 sareo-Svecico constitutus, secundum quem omnes Imperii Sen-
 tus & Membra tam Immediata quam Mediata, Romano-Catho-
 licæ, Augustinæ Evangelicæ Reformatæque Religioni addic-
 tum quoad Bona Ecclesiastica die primo Januarii illius anni pos-
 sessa, tum quoad Religionem & Jura eidem annexa, non modo
 restituta, sed & in posterum in tali possessione minime turbari ju-
 bebunt.

entur, ita tamen, ut ratione Subditorum Statuum Imperii utriusque Religionis, non præcisè prima Januarii dies, sed quævis totius anni pars respiciatur. Confer. cit. Instrum. Pac. Westph. Art. 5. §. *Terminus a quo* &c. 2. & §. *Hoc tamen non obstante*. 30. & §. *Placuit* porro. 33. Deck. in Consult. de Pac. civ. relig. dat. p. 1. num. 18. 19. & num. 37. Rhet. in Inst. Jur. Publ. lib. 2. tit. 1. §. 20. & seqq. Blum. in Process. Cam. tit. 28. §. 18. & multi. seqq.

§. III.

Ad aliqualem *Preliminarem* modo traditæ Descriptionis *Dilucidationem*, præmittendum (I.) est, in consideratione accuratori hujus præsentis anni, attendi debere: Num totus ac integer annus, aut saltem primus Januarii dies in eodem, Terminum huncce restitutionis efficiat, maxime cum in Instrumento Pacis, mox primus Januarii dies, ut in Art. 5. §. *Terminus a quo*. 2. & in §. *Libera Civitates*. 28. mox quodvis anni dicti tempus, ut in §. *Hoc tamen non obstante*. 30. & §. *Placuit*. 33. Terminus præferibatur? Pro hujus rei Resolutione distinguendum esse arbitror: inter controversias Religionem & jura eidem annexa Bonæque Ecclesiastica concernentes quoad ipsos Status inter sese, aut Dominum Territorii & alium extraneum, sive Statum, sive non Statum, vel quoad Dominum & Subditos; & inter eas controversias, quæ tam ratione exercitii Religionis eique annexorum juriûm, quam Bonorum Ecclesiasticorum, inter ipsos Status ipsorumque Subditos inter se agitantur. Quoad illas priores, quæ tangunt vel ipsos Status eorundemque exercitium Religionis, eique annexa jura & Bonæ Ecclesiastica Mediata sive Immediata, observandus omnino accuratissime est primus Januarii dies Anni nostri Decretorii, per text. in Instrum. Pac. Art. 5. §. 2. ibi: *Terminus a quo Restitutionis*

in Ecclesiasticis, & qua intuitu eorum in Politicis mutata sunt, sit dies prima Januarii Anni millesimi sexcentissimi vigesimi quarti &c. In illis enim magis esse restringendam, quam extendendam restitutionem Summi Domini Pacificatores fortean putaverunt, quia ex una parte de acquirendis, & ex altera de amittendis dominiis potissimum hères agebatur, idque eo magis respexisse videntur, dum maxime quæstio de Bonis & Juribus Ecclesiasticis versabatur inter potentes invicem Principes & Imperii Status, qui potestate sua & opibus freti, innumeras circa adplicationem prolixioris Terminii, dum nempe duo pluresve in uno anno potuerint esse in possessione, excitaturi credebantur contentiones, sæpius in cruenta ac nova bella degeneraturas, si ipsis quæcunque anni lux pro Terminio concederetur, cui non sine causa metuendo periculo, per constitutionem primi Januarii diei pro peremptorio termino, obviam eundem esse existimarunt. Quoad has vero quamcunque Anni hujus MDCXXIII partem eosdem Summos Dominos Pacificatores ideo admisisse haud obscure colligitur, quia propter favorem Religionis cultusve divini, & liberandas conscientias, ita ipsis prospiciendum, fuit visum. Accedit præterea, hanc quæstionem inter Principes sive Dominos Territoriales eorumve Subditos, præcipue obmotam fuisse, ne igitur in adhibitione restrictioris cujusdam Restitutionis Terminii, hi injuriam ab illis patiantur, aut ad alium Religionis diversæ amplexum cogantur, inviticque pertrahantur, ideo latiore in exercitio Religionis suæ obtinuerunt Terminium. Vid. allegat. Instrum. Pac. Westphal. Artic. 5. §. Hoc tamen non obstante &c. 30. & Placuit porro &c. 33. Blum in Proc. Cam. tit. 28 num. 36. & 37. Deck. in Consultas. de pac. civ. Relig. dat. p. 1. num. 37. Gvil. Ign. Schütz in Manual. Pacif. quæst. 10. 14. 15. & 16. Sicuti equidem Terminus Restitutionis, a quo tempore, quoad exercitium

citium Religionis Jura & Bona Ecclesiastica sit derivandus, ex
 jam traditis satis constat; ita vicissim hic inter Publicistas dubia,
 quam paucis verbis attingam, movetur quaestio: Num nimirum,
 si Subditi alicujus Status, Bona Mediate Ecclesiastica possideant,
 quæ Princeps sive Status, sub quo primo die Januarii dicti
 anni erant in possessione, postea consecutus titulo quodam
 ad transferendum dominium habili, exinde Restitutio in
 favorem Principis secundum Instrum. Pac. *Artic. 5. §. Quaecun-
 que monasteria &c. 24.* ad tempus primi Januarii MDCXXIII,
 num vero in favorem subditi ad nutum Instrum. Pac. *Artic. 5.
 §. Hoc tamen non obstante, &c. 30.* expedienda sit? Multi
 equidem ad hanc submovendam controversiam, omnem move-
 runt lapidem, pro atque contra rationibus rem expendentes,
 verum certam & indubitatam pronunciare sententiam haud po-
 tuere. Quidam enim a subditorum parte steterunt, proferentes:
 non solum respici debere primum diem Januarii in restituendis
 subditorum bonis & Juribus, sed totius Anni MDCXXIII
 quamcunque partem, cum de decisione talis controversiæ §. lau-
 datus: *Hoc tamen non obstante &c. 30. Artic. 5.* Instrum. Pac.
 agat, qui, quemlibet subditum restituendum esse in eum sta-
 tum in quo possessionem quaecunque Anni MDCXXIII
 parte habuerit, jubeat. Illi, qui Principibus & Statibus Domi-
 nisque Territorialibus assentiuntur, adducunt: ideo esse haben-
 dam rationem in hoc casu Principum & Statuum, quia Bona
 tam Mediate quam Immediata Ecclesiastica ad illorum dispositio-
 nem pertinent, & per totum Instrumentum Pacis, ubi fit men-
 tio Restitutionis Bonorum atque Præbendarum Ecclesiasticarum,
 semper pro illius termino ac limite annotatur primus Januarii
 dies, allegantes præcipue Instrum. Pac. *Artic. 5. §. Quaecunque
 monasteria &c. 24.* ubi præcipue Sententia ista claris indigite-
 tur verbis, addentes, per isthanc Pacem huncce Terminum re-
 stituen-

Restituendis Ecclesiasticis Bonis esse dicatum, igitur etiam ea, quæ de hoc negotio in cit. S. Hoc tamen non obstante &c. 30. inveniuntur, ad hunc limitem esse reducenda, referenda, declaranda. Rursus Alii decisionem hujus notabilis puncti plane in medio relinquunt, statuminantes mediocritati hic esse studendum, ita, ut tum, Bona restituenda inter Principes seu Statum & possidentes inferiores seu Subditos distinguantur, & cuius medietas adjudicetur, quia laudati in Instrumenti Pacis unicuique jus suum attribuunt. At Alii, quos etiam nos sequimur, magis ardet eorum Opinio, qui rem secundum Calendas Januarii decidunt, per adductas supra eorundem rationes, huc collimat quoque Deek. in Consult. de Pac. civ. relig. dat. p. 1. n. 37. pag. 173. & seqq.

S. IV.

Non minus (II.) præliminariter notandum venit, huncce Solemnem Terminum plane non spectare ad politicas aliasve res profanas, ac hujus qualitatis negotia sed illum proprium atque præcipue adscriptum esse rebus Ecclesiasticis ac sacris, iisque solummodo negotiis, quæ earum ratione in Politia ac profano Statu variata immutataque sunt, neccum eis connexionem habent, nec Religionem tangunt. Hinc si in civitate aliqua Catholica Evangelici Cives, vel contra in Evangelica Catholici ex mera benevolentia propter morum honestatem in Senatorum numerum An. 1624. allekti, hujus Religionis alios cives hodiernum vigore hujus termini, adsciscendos esse, si personæ singulæ sint, non videtur. Sicuti nec Ecclesiæ, tempore istius termini desolatæ, vi illius in eodem statu permanere debent. Nec transitus etiam per cœmeterium, vel alium locum ad ecclesiasticos pertinentem, non occasione Religionis exercitii, sed majoris fortean commoditatis gratia, ex libera voluntate concessus,

cessus, vi illius Anni, tanquam res necessario debita, amplius permittendus. Quamvis enim locus in Instrum. Pac. Art. V. §. *Libera Imperii Civitates &c.* 28. ibi: *in quo Calendis Januarii tam in sacris quam in profanis fuerunt &c.* obloqui videatur; Ille tamen §. solum de iis profanis & politicis est intelligendus, quæ intuitu & ratione Religionis immutata sunt. Deck. in *Consultat. de Pac. Civ. Relig. dat. p. I. n. 19. p. 59.* Parilis farinae sunt: Num. clavis, qua Janua ex hospitali quodam in templum perducens aperienda, Anno 1624. noctu in hypocaufto Praefecti hujus Hospitalis, custodita, postea autem ejusdem custodia a Senatu peracta, in pristinum locum, in quo Anno 1624. erat, sit restituenda. Similiter: Num. Lanarium in Civitate utriusque Religionis, tempore quadragesimali, vel clausum vel apertum esse debeat? aliave non multum involentia quaesita. Vid. Guil. Ignat. Schütz. *Manual. Pacif. quest. 10. pag. 106.* & Deck. in *Consultat. de Pac. Civ. Relig. dat. p. I. num. 18. 19. pag. 57. & 63.*

§. V.

Pariter heic memorandum in antecessum est (III.) Terminum huncce omnino non curare ea, quæ ex capite & constitutione *Amnestiæ* restituenda, atque ad pristinum statum reducenda. Idque partim ob verba Instrum. Pac. Westphal. Art. 5. §. 13. ubi dicitur: *Terminus anni millesimi sexcentessimi quarti, nullum prejudicium creare debet iis, qui ex capite Amnestiæ aut Aliunde restituenda veniunt &c.* Art. III. cit. Instrum. Pac. §. *Quemadmodum vero tales &c.* 2. ibi: *Nam quantum juris in bonis Ecclesiasticis hucusque controversis ejusmodi restituri vel restituendi sint habituri, patebit infra Articulo de Gravaminum Ecclesiasticorum compositione &c.* Partim ob indolem Transactionis quæ stricti

C

juris

juris est, & ultra ea, de quibus actum, neque est interpreta-
 tanda neque extendenda, utpote quæ tantum est de re hæc-
 nus a transigentibus in transactionem deducta. Ulpian. L. 9.
 §. 1. & §. 3. ff. de transact. Siquidem transactum tantum
 hoc in Articulo V. est de Bonis Ecclesiasticis, non quæ inter
 Transigentes ex quocunque capite, sed quæ inter utramque
 partem ex dissidio Religionis, erant controversa; Et post Pa-
 cem Religiosam tempore Pacis Westphalicæ, erat actum de
 restituendis Bonis Ecclesiasticis, non omnibus in universum,
 neque de eis, quæ primo occasione Reformationis a Prote-
 stantibus occupata, per Pacem Religiosam autem tempore
 Transactionis Passaviensis adhuc possessa iis relicta fuerant;
 Verum de eis tantum, quæ per ulteriorem Reformationem,
 post, aut contra Pacem Religiosam Protestantes vel Refor-
 mati Catholicis eripuisse dicebantur, aut vicissim hi illis adver-
 sus Pacem Religiosam, iterum abstulisse; idque non præ-
 cise vi bellica aut armis, sed & aliis modis per commissiones,
 transmissiones, aut legata ab occupationibus facta. De his
 inquam solis litigatum, belligeratum & denique transactum
 fuit, ut quisque Calendis Januarii Anno 1624. possessa reti-
 neret, aut restituta recuperaret, probe monente Reichardo
 in *Diss. de Term. a quo Restit. Bon. Eccles.* § 9. apud Schilt.
 de P. R. c. 9. in f. Non autem sic, ceu supra monitum,
 hic Terminus ad ea, quæ ex capite Amnestiæ restituenda,
 quicquam pertinet, utpote cui rei plane alius Terminus,
 nempe *Annus MDCXVIII.* præscriptus. Obrecht. *ad*
Instrument. Pac. Westphal. Ars. V. §. 12. verb. *Terminus An.*
 1624. *Deck. Conf. de Pac. civ. rel. dat. p. I. n. 18. 19. &*
seqq. Conf. de hac Restitutione ex capite Amnestiæ *Instrum.*
Pac. Ars. III. & IV. ubi speciatim de ea a Summis Dn. Pa-
 cislatoribus recensetur. Præterea Annus noster, Gravami-
 nibus

nibus Ecclesiasticis solum præscriptus, non pertinet etiam ad istam Restitutionem, quæ præter caput Amnestiæ secundum laudat. Instrum. Pac. *Artic. V. §. Terminus autem &c.* 13. Aliunde fieri debet, utpote ex pactis limitum, ex jure accessorii, protectionis, jure advocatiæ, aperturæ, hospitacionis, operarum, & similibus, non ex causa Religionis Edictique Restitutorii exortarum rixarum, nempe ex capite turbacionis, læsionis, violentiæ ac desolationis. Quæ sane Summorum Dnn. Pacificatorum mens potest haud obscure colligi ex tempore & conditione hinc inde adjecta: *Donec per DEI gratiam de Religione conventum*: Instrum. Pac. Westphal. *Art. V. §. Transactio.* 1, & §. *Bona Ecclesiastica immediata.* 14. Quæ quæso ratione, hæc conditio ad reliquos casus, Aliunde, & non ex Religionis dissidiis subortos, applicari possit. Neque obest, quod d. §. 14. hæc ampliatio cernatur: *Si vero, quod DEVS prohibeat, de Religionis dissidiis amicabiliter conveniri non possit, nihilominus hæc conventio perpetua sit, & pax semper duratura &c.* Conditio enim semel adjecta nihilominus afficit & restringit objectum Transactionis, ac excipit reliqua Bona Ecclesiastica, quæ aliunde litigiosa. Idem confirmat *Artic. VII. Instrument. Pac. §. Unanimi autem &c.* 1, ibi: *Salvis tamen semper Statuum, qui Protestantibus nuncupantur, inter se & cum Subditis suis conventis pactis, privilegiis, reversalibus & dispositionibus aliis &c.* Unde simul Sprengeri sententia negantis, medium dari inter Restitutionem ex capite Amnestiæ, & eam, quæ intuitu Religionis & Bonorum Ecclesiasticorum fieri debet, corrumpit. Conf. Dn. Rhetius *Inst. Jur. Publ. lib. 2. tit. 2. §. 67.* Illa tamen Restitutio Aliunde faciendâ nullum certum nacta est limitem, se reponi debet in illum Statum, in quo ante dejectionem vel turbacionem firmiter res stetit.

in Consult. de Pac. Civ. Relig. dat. p. I. num. 18. 19. pag. 60. 62. 66. & num. 47. pag. 232. Guil. Iga. Schütz. in Manual. Pacif. Quæst. 16. pag. 33. Philipp. Jac. Reichard. in Dissert. de Termino a quo Restitut. Bon. Ecclesiast. §. 11. & §. 16. Londorp. in Act. Publ. Tom. V. pag. 1066. Denique Annus noster Decretorius nec ad ea Bona Ecclesiastica spectat, quæ ipsismet Instrumentum Pacis ab eodem porro nominatim exemit. Vid. Art. V. §. Pacta autem 32. in fin. ibi: Excipiantur vero a dicto Termino, & Catholicis reserventur novem Monasteria in Episcopatu Hildesensi sita &c. Obrecht. cod. l.

§. VI.

Observemus (IV.) oportet, requiri porro ad adplicationem hujus Anni nostri 1624. ut restituendus hoc dicto Anno, Termino & die præcise in possessione rei restituendæ fuerit. In consideranda tamen hac possessione, non apprime respiciendum ad possessionem Juridicam, quo modo ac titulo sit occupata, sed tantum ad illum statum possessionis, qualis fuit Anno 1624. sive ille justus sive injustus, & quoquo etiam sit acquisitus modo. Haud enim in Instrumento Pacis hac in re est quæstio, de aliquo occupationis vel possessionis titulo, sed veluti in judicio possessionis obtinuit regula: Uti possidetis Anno nimirum 1624. ita possideatis quoque in posterum, quod ipsum propter salutem publicam & pacem Reipublicæ denique reducendam, inter Summos Dan. Pacificatores, placuit. Nihil ergo refert, sive acquisita illa possessio fuerit longo usu ac immemoriali præscriptione, sive per privilegium a Superiore impetratam, sive per ultimam voluntatem in præjudicium possessorum, sive ex quadam observantia secundum §. Hoc tamen non obstante. 30. Artic. V. Instrum. Pac. Westphal. Vid. quæ habet Deck. in Consultat. de Pac. Civ. Relig.

Relig. dat. p. 1. n. 18. & 19. in fin. pag 59. ubi verba:
 Deputatorum Francofurtensium materiam hanc illustrantia,
 sequentem in modum refert: Doch man nemlich weder auf
 das Recht / oder vorgehenden Titul solchen Status siehet /
 noch eine veram & juridicam possessionem irgend erfordert/
 sondern die Wort Status, Usus, Observantia &c. als die
 nach Eigenschafft der Sprachen den bloßen und schlechten
 Zustand einer Sachen bedenten / wegen ihrer öfftern und
 fast steten Zusammensetzung und Verwechslung pro Syno-
 nymis zu halten / dannerhero dahin siehet / ob die principia
 von der Fundamental - Possession und actibus meræ facultatis,
 davon das Instrumentum Pacis nicht weis / und darat
 die hohen Herren Pacifcencen nimmermehr gedacht haben /
 in den Punctum Restitutionis einzumischen &c. Junct. verbis
 Executionis - Haupt. Recels in f. So dann Churfürsten &c.
 ibi: Verbleibt es dabey / daß in dem Puncto Restitutionis
 ex capite Amnestiæ & Gravaminum auß dem Instrumento
 Pacis und nach derselben gesetzter norma universali Terminorum
 a quo, Regulis item tam generalibus, quam specialibus,
 ohrpartheyisch / ohnaufhältlich / und ohne Ansehung der
 Personen / Religionen oder Jurium Petitorii (doch mit Vor-
 behalt derselben in puncto Amnestiæ, facta prius Restitutione
 oder einiger anderer Exceptionen / wie sie Namen haben
 mögen) fürnehmlich nach dem bloßen facto possessionis,
 usus, observantiæ & exercitii die casus liquidi ab illiquidis zu
 separiren &c. Idem confirmant Propositiones Casareorum Ple-
 nipotentiariorum, amicabiles Protestantibus An. 1646. d. 12.
 Julii facta, f. 9. ubi de Protestantibus: In Besitlung ge-
 habt / und ihnen von selbiger Zeit an / unter was Prætext
 und auf was Maas und Weise es auch geschehen seyn möch-
 te / abgenommen worden / sollen ihnen ohne Unterscheid &c.

quorum tenorem refert Reichard. *in Dissert. de Term. a quo Restit. Bon. Eccl.* §. 12. apud Schilt. Debet tamen etiam hæc possessio esse vera & realis, illa enim, quæ tantum in mente retinetur atque concipitur, huc plane non pertinet, nihilque mentalis hujusmodi possessio operatur, arg. *L. 3. §. 1. ff. de Acquir. & amitt. poss.* Illos ergo, qui ex hoc capite Gravaminum Ecclesiasticorum restitutionem in integrum postulant, die dicta 1. Januarii Anni 1624. in reali possessione rei restituendæ constitutos fuisse, oportet, ac si quædam Mandata, Transactiones, Pacta & Conventiones contra illam possessionem post memoratum diem & annum 1624. intervenerint, necesse est, ut cassentur, tollantur ac rejiciantur, Restitutio enim turbatorum expediatur secundum statum conditionemque diei Annique præsentis Decretorii in omnibus causis Ecclesiasticis, tunc temporis controversis, tanquam secundum certam & expressam Regulam, uti loquitur Instrument. Pac. Westphal. §. *Quæcumque monasteria &c.* 24. ibi: *Unicum solumque hujus Transactionis, Restitutionis observantiaque futura fundamentum sit die prima Januarii Anno 1624. habita possessio &c.* & §. *Turbati &c.* 31. & §. *Pacta autem &c.* 32. Addantur Deck. *in Consult. de Pac. civ. Relig. dat. p. 1. n. 18. 19. p. 59.* & Philipp. Jac. Reichard. *in Dissert. de Termino a quo Restit. Bon. Ecclesiast.* §. 19. & 20. Du. Rhetius *in Institut. Jur. Publ. lib. 2. tit. 1. §. 23. 24. 25. pag. 331. & seqq.*

§. VII.

Dum autem antecedentes limitationes & restrictiones circa præsentem Annum Decretorium deprehenduntur, non est existimandum, ac si eatenus contraventum sit Instrument. Pac. Westphal. *Art. 7. §. Utriusque Religionis &c.* 49. secundum quem Articulum multi hujuscemodi Interpretationem
non

non admittendam, asserunt; siquidem enim ibidem publice privatimque suscipienda Impugnatio cohibetur, non autem Interpretatio doctrinalis, arg. R. I. de Anno 1654. §. Mehrermeldtes. 157. & L. 43. pr. ff. de V. & P. substit. quam contra duriuscula verba Mev. p. 1. decis. 67. n. 2. rectius illustris Dn. Rhet. in *Institus. Jur. Publ. lib. 1. tit. 1. §. 80.* Jurisprudentibus vindicat. Faciunt huc, quæ habent Reichard. *Diss. de Termino a quo Restituit. Bon. Ecclesiast. §. 5.* & Dn. Uffenbach. *Traſſat. de Judic. Aul. cap. 10. sect. 2. subsect. 1. p. 93.* Hanc tamen laudatus modo Reichardus ex satis probabilibus argumentis esse restrictivam, secundum indolem transactionum & pactionum, salvo tamen aliorum iudicio & utriusque Religionis Statuum jure, asserit ac exemplis illustrat in *iii. Dissert. §. 23. & seqq.* Addantur *Miscellanea* Dn. Schilter. *de Pac. Relig. consil. 8. pag. 451.* Sed num non adminicula istius Interpretationis possit esse; Reservationes & causæ, in Projectis, Protocolis & Declarationibus equidem expressæ, sed in Instrumento Pacis ommissæ, ita, ut nihilominus vim roburque, nisi specialiter iisdem renunciatum, habeant, ac Instrumenti Pacis præsentis sensibus admodum veri valeant quæriri? Deck. in *Consultat. de Pac. Civ. Relig. dat. p. 1. num. 18. & 19. pag. 55.* hac de re differit notabiliter, & postea monet, Articulum V. laudati Instrumenti Pacis pro fundamento in Religionis & Ecclesiasticis controversiis ponendum, ac pacem Religiosam & Transactionem Passaviensem in subsidium esse adhibendas, ita, ut, ubi nova nostra Lex Pacis loquitur, sive confirmando, sive reformando, sive decidendo, habeatur pro perpetua Declaratione *Art. V. §. Terminus a quo &c. 2.* (junge Dn. Schilter. *de Pac. Relig. cap. 8. per tot.* quo loco speciatim confirmationem & extensionem Pacis Religiosæ per Pacificationem Osnabrugensem deducit)

ducit) Ubi vero silet, vel non manifesto contrarium disponit, succedat memorata Pax Augustana. Quid si & hæc sileret? sequendum Passaviensem Transactionem, ut Legem publicis & solemnibus Constitutionibus publicatis confirmatam; Denique ratione Auctoritatis memoratorum Projectorum Pacis Westphalicæ, notabilem hac de re in Conventu Deputatorum Francofurtensi, inter utriusque Religionis Procerum Legatos obmotam litem, argumento causæ Hildesheim contra Hildesheim // prolixè agitatam: *Evangelicis pro se Projectum d. 9. Martii A. 1647. Osnabrugis Cesareis Plenipotentariis exhibitum, clausulamque præjudicialem, cui non renunciatum, repetentibus: Catholicis nihil nisi quod pacti Leges enunciarent, admittentibus*; recenset idem Dn. Deck. cit. loc. subjuncto Responso memoratu digno; quod in hunc sensum exciderat: Die vorgesezte Opposition, daß über die auß dem ex parte der Herren Hugspurg. Confession Verwandten Ständen den 9. Martii Anno 1647. zu Osnabrügg den Kayserlichen Plenipotentariis übergebenen Project außgestrichene und verworffene præjudicial-Clausul keine expressa renunciatio vorgangen &c. bedarff keiner Refutation, dann der Artic. XVIII. Instr. Pac. in pr. Pacem hoc modo conclusam &c. beweiset genugsam / daß dergleichen Subtilitäten keineswegs statt haben können / sollen und mögen / wann man anders den Frieden aufrecht und redlich / wie sich gebühret / halten will / sondern wo dergleichen exceptiones admittiet werden solten / so würden selbige auch vielen hohen und niedern Ständen in Ecclesiasticis & Politicis nicht ermangeln / und mithin der ganze Friedensschluß über Haußen getworffen werden. Deck in Consultat. de Pac. Civ. Relig. dat. p. I. n. 18. & 19. p. 55. in fin. Hucusque de Generalibus, nunc etiam ad Specialia est procedendum.

CAPVT II.

100

CAPVT II. SPECIALE,

*Indigitans nimirum Personas, ad quas noster
Annus Decretorius pertinet.*

§. I.

Annus præsens Decretorius speciatim est considerandus (I.) quoad *Personas*, quæ ad Termini istius favore pleni atque Restitutionis secundum illum faciendæ, participationem spectant. (II.) Quomodo iste applicetur ad *Religionis Exercitium* in Imperio nostro tolerandum & concedendum. (III.) Qua ratione Fundamentum & Regulam decidendi præbeat hicce Annus 1624. circa *Jura Religionis annexa, Restitutionem & Retentionem Bonorum Ecclesiasticorum*, tam Mediatorum, quam Immediatorum, tam Corporalium, quam Incorporalium.

§. II.

Quod nunc attinet ad *Personas*, quibus Annus præsens in Ecclesiasticis Gravaminibus est præstitutus, sane inter has eminent potissimum Electores, Principes ac cæteri Status Imperii utriusque Religionis, comprehensa Libera Imperii Nobilitate. Instrum. Pac. Westphal. Art. V. §. 2. ibi: *Terminus quo Restitutionis in Ecclesiasticis, & qua intuitu eorum in Politicis mutata sunt, sit dies prima Januarii Anno 1624. Fiat itaque Restitutio omnium Electorum, Principum & Statuum utriusque Religionis &c. Reductione ad statum dicti anni dieque in omnibus facta.* Unde satis manifestum evadit, non solum Evangelicos Principes & Status esse Subjectum nostri anni Decretorii, sed & insimul sese confirmatio ostendit satis eminentis & gloriose illius Principum & Statuum Imperii nostri Evangelicorum Prærogativæ in eo, ut in Territoriis Ditionibus.

D

aibusque suis gaudeant pleno circa Sacra jure, omnimodaque
 Jurisdictione Ecclesiastica in cunctis Religionis causis atque
 controversiis, & sint in illis Judices & Arbitri ordinarii. Quam-
 vis enim quidam contendant, eosdem Principes & Status
 Jus illud circa Sacra nullo habuisse tempore, verum illud sub-
 inde forti quasi manu extortum, per Transactionem Passa-
 viensem, Pacem Religiosam & Instrumentum Pacis Westpha-
 licæ sibi arrogasse; Attamen hæc satis injuriosa inculpatio
 omni plane fundamento caret, cum nemo saltem parumper
 in Historia atque Politicis temporum præteritorum negotiis
 versatus ignoret, Protestantes hoc Jus longe antea possedisse,
 imo hoc illis per diversos Imperii Recessus & per Superiorita-
 tem concessum, quippe cum Reformatio per naturam rei regu-
 latur, inest eidem Superioritati Territoriali, tanquam Maje-
 stati analogæ & subalternæ, ut præcipua ejus pars Jus circa
 Sacra, quod jam tum olim exercuerunt Duces Baviaræ.
 Vide Tassilonis *Decretum Legi veteri Baiwarorum subiectum*,
 & Luitprand. *lib. 2. cap. 7. L. E. G. 3. 4. 9.* Dn.
 Schilt. *de Pac. Relig. c. 8 §. 13.* idve per Transactionem Pas-
 saviensem Pacemque Religiosam, longo ante confectionem
 Pacis Olmabrugensis tempore uberius confirmatum, declara-
 tum, ac Pace Westphalica, ceu monitum, limitatum,
 non autem de novo per Instrumentum Pacis Westphalicæ,
 uti opinatur equidem Burgoldens. *ad Instrum. Pac. Disc. 14.*
part. 2. §. 1. datum. Maxime autem Eminentia Principum
 ac Statuum Evangelicorum, exinde apparet & se prodit, eos
 hanc potestatem circa Sacra Jurisdictionemve Ecclesiasticam,
 nunc proprio habere jure, absolute & independentem & non
 ut cætera jura ab Imperatore & Imperio præcise tanquam
 Feudalia, aut alio titulo collata recognoscere, sed eadem jure
 quasi possiminii, ut partem suæ Superioritatis recepisse, cujus
 incuien

intuitu eis competit jus in causis Religionis pronuntiandi, sententiamve ferendi, idque sine ulla Appellatione, etiamsi non sint Electores ac Principes illi, qui alias Privilegio illimitato de non appellando gaudent, sed alii Imperii Status, limitato tantum privilegio de non appellando gaudentes. Quod ipsum non tantum procedit in causis Religionis, sed etiam Canonicatum, Capitulorum ac Præbendarum, aliorumve Jurium & particularium ad Jura Episcopalia attinentium. Dn. Schilt. *de Pac. Relig. cap. 3. §. 17. & c. 8. §. 13.* Dn. Rhet. *in Institut. Jur. Publ. lib. 2. tit. 1. §. 17. Dissert. Da. Stryckii de Via facti Principibus Imperii permissa, cap. 3. §. 9. pag. 62. &c.*

§. III.

Non minus Imperii Principes ac Status Catholici constituunt Subjectum nostri Anni Decretorii 1624. maxime si Subditi Augustanæ Confessionis consortes, in eorundem Territoriis viventes, ac libero Exercitio Religionis suæ utentes, istorum Jurisdictionem Ecclesiasticam agnoverunt, Instrum. Pac. Westphal. *Art. V. §. Jus Diœcesanum. 47.* Dn. Rhet. *in Institut. Jur. Publ. lib. 2. tit. 1. §. 35.* Num vero laudati Principes & Status Imperii Romano-Catholicæ Religioni addicti seculares, jurium circa Sacra præ eminentia ad instar Evangelicorum frui, Jurisdictionemque Ecclesiasticam in Territoriis ac Ditio nibus suis, in Catholicos suos subditos exercere valeant, quaeritur? Quod utique intrepidè affirmo, eos pariter hæcce Jura ob Super eminentiam Territoriale possit exercere, arg. Instrum. Pac. Westphal. *Art. V. §. Quantum deinde &c. 29.* si modo ad palatum voluntatemque ipsorum foret, siquidem horum partes hacia redudum ruitus est Marc Anton. de Dominis Episc. Spalat. *libro de Republ. Eccles. lib. 6. cap. 6. & seqq. juug.* Dn. Conring. *de Aut. & Offic. Majest. Civ. circa sacra*

ih. 25. Et seq. Schilt. de Pac. Relig. cap. 3. §. 15. 16. 17. Ad ex-
 nimia Religione ad inveterata reverentia erga Pontificem Se-
 demve Romanam, id exercitium hætenus intermittere, vel si
 etiam quicquam, Jurisdictionem Ecclesiasticam concernens,
 exercuere, consensum Præsulis Romani requirere ipsis necessa-
 rium visum est. Atque ob hanc rationem illis, nec in Reces-
 sibus Imperii, nec in Pacificatione Passaviensi, nec in Religiosa
 Pace, nec etiam in Instrumento Pacis Osnaburgo- Monaste-
 riensis, quicquam circa jus in sacra ratione catholicorum suo-
 rum Subditorum, expresse pro ipsis conventum. Conf. Con-
 ring. Tract. de Majest. aut. circa Sac. ih. 55. & Dissert. Da-
 Stryckii de Via facti Principibus Imperii. permissa, cap. 3.
 §. 1. 3. Juvabit huc adduxisse ea, quæ tradit Dn. ab Uten-
 bach in Tract. de Judic. Aut. cap. 19. sect. 2. subsect. 1.
 num. 5. pag. 93. Wie unstrittig nun der Röm. Kayserl.
 Majest. die Cognitio in causis Ecclesiasticis zukommt / so ist
 dannaoh / durch deroelben allzuulitige Commivenz, Pontifex
 Maximus in possessiõne, quoad Causas scilicet Ecclesiasticas
 Romano-Catholicas, quoad Protestantium autem, werden
 solche durch deroelben Religions- Verwandten Commissarios
 gemeiniglich in Güte hingelegt. Faciunt huc, quæ habet
 Dn. Lyncker. in Nor. ad Schwed. Introd. Fur. Publ. par. spec.
 cap. 5. §. 6. in verbis: Jus curandorum sacrorum: Protestan-
 tes saltem Casari Jus universale Sacrorum, nempe externum
 (nam internum ministerii divini nec terrena potestatis est,)
 attribuant; ita tamen, ut, cum in Sacris ab ipso dissideant,
 ne idcirco in Fide atque Exercitio Religionis suæ periclitentur,
 pro libertate Proceribus Imperii Germanici competente, cum
 ipso & non minus Statibus Catholicis, tanquam membris im-
 perii, ob hoc in certa capitula conveniant.

§. IV.

Vel saltem ex adductis hucusque luculenter colligendum, ejus ponderis possint esse argumenta, qualia ad deturbandas atque excidendas memoratas Transactiones, & Pacis Religiosæ, & Osabrugo-Monasteriensis Conventiones, inter Status utriusque Religionis initas, & consequenter contra nostrum Annum Decretorium 1624. in posteriori ibidem pro Regula decisoria statutum, Romani Pontificis Defensores proferre haud erubescere. Quemadmodum enim hæc dictæ circa Religionem & Ecclesiastica Sanctiones Pontificis ejusve Sectatores maxime offendebant; ita quoque hi illis varie obloquebantur, dicentes: Pacificationes istas cooperari Hæresi, ideoque stare non posse; item injuriam inferre Religioni, unde etiam vocant eas causam perditionis animarum, usurpationem potestatis non competentis, & ajunt illas adversari Officio & Juramento Cæsarium & Statuum Catholicorum, & imprimis Episcoporum; porro contendentes, esse illas dolosas ac frustratorias, ipsoque bello periculosiores, destitui denique suffragio & consensu Romani Pontificis Maximi, sine cujus permissione impetrataque consensione, nihil in Sacris statui posset; pergunt: carere easdem votis ac annuitione Patrum sanctorumque Ecclesiæ Virorum ac Doctorum. Sed hæc aliasque hujusmodi generis injurias atque quisquillas, sicuti dudum easdem explosas & refutatas: apertum & palam est ab Hornbeckio, Blondello, sub nomine Amandi Flaviani, Ludovico de Montesperato, Conringio in: *Animadversione ad Bullam innocentii*: Confer. Deck. in *Consultar. de Pac. Civ. Relig. dar. p. 1. n. 10. p. 26. & 27.* Quibus jungatur Schilter. *de Pac. Civ. Relig. cap. 5. per tot.* Ita quoque solidas ad easdem Responsiones heic non recoquo, sed tantum ex Dn. Titii *Specim. Jur. Publ. lib. 1. cap. 8.* id huc transferendum esse duxi, (1.) Legem Naturalem cum quovis

etiam extra casum necessitatis, pacem coli jubere, nisi se Socialitate indignum fecerit, (II.) quemvis præsumi bonum ejusve actiones licitas, donec probetur contrarium. Exinde jam omnino fuit: Præceptum Juris Naturalis cum Protestantibus quoque Pacem coli jubere, & adeo Pactum eo sine initium efficax esse, si Pontificii ostendere nequeunt, Protestantes sese Socialitate indignos reddidisse, eorumque actiones illicitas esse, quod ipsam ante omnia ipsis Pontificiis secundum principia rectæ ratiocinationis probantum iacumbit. Nihil autem istos relevant ea, quæ supra ab ipsis in contrarium adducta, quæve omnium strenue urgent. Ernestus ab Eusebiis, Burchard. *in Anton.* & J. Cci Dillingenses *in Compositione Pacis per tot.* Nam ejusmodi præsentia injuriola, mera asserta sunt, quæ partim falsa, partim nunquam probata & probanda, ceu post laudatum supra Montesperat. § 7. 8. & 9. luculenter satis ob oculos posuit alleg. Dn. Tit. *in Specim. Jur. Publ. lib. 1. cap. 8. num. 31. & 32.* & præter hoc omnes manifestissime quoque præstitit Abrahamus Calovius *Tract. de Natur. & indol. Pac. q. 25. 26. 27. & 28. multisque seqq.* inter *Tract. Ahalveri Fritschii de Jur. Ecclesiast. Part. 2. c. 5.* relatus, qui ibidem q. 16. & 17. Bullæ Innocentii X. adversus Instrumentum Pacis Westphalicæ præsentis interpositæ, sese mascule opposuit, huncque conatum omni specie justitiæ destitui, deduxit, allegans insimul, ut appareat, quo loco hujusmodi Pacis Turbatores habendi sint, monitum plus quam Cæsarum, Sigismundi Imperatoris *in Reform. Secular. c. XXI. Ihr Fürsten / ihr Herren / wie jeglicher in seinem Stande sey / ich ermahne euch bey Reichs- Huldern / desgleichen alle Städt / niemand ausgenommen / bey der heiligen Christlichen Ermahnung / daß ihr verhütend alle Krieg zu wenden / Fried zu haben: Wer die Ermahnung übersieht / der soll kein getrew*

getreuer Christ heißen / noch soll sein Stamm kein Freyheit /
noch Lehn / von dem Reich nimmer gewinnen. Er soll sich
unter den Christen als ein Heyd und falscher Christ. Calov.
cit. loc. Sequitur manifesto jam exinde, Annum nostrum De-
cretorium 1624. optimo maximoque jure cum cæteris capitibus,
in Pace isthac Westphalica circa Religionem ac Bona Ecclesiasti-
ca, validissime constitutum esse; præcipue cum Pontificii ostende-
re non valeant, Protestantes se Socialitate indignos reddidisse, eo-
rumque actiones illicitas esse. Conf. laudat. Dn. Tit. *in Specim.
Jur. Publ. lib. I. cap. 8. per tot.* ubi prolixius hujus rei inter-
vict.

§. V.

Prouti Annus Decretorius præsens non omnes Status Im-
perii ad sui accuratissimam observationem adstringit, sed tan-
tum Imperatorem & Status Imperii obsequio Præfulis Romani,
in causis Religionem concernentibus, parentes sive Catholicos
ex una parte, & Status Augustanæ Confessioni addictos ex
altera parte, sub quibus etiam Reformati comprehenduntur.
Vid. Instrument. Pac. Westphal. Art. VII. §. *Unanimi etc. I.
& Dissert. Phil. Jac. Reichard. de Termino a quo Restituit. Bon.
Eccles. §. 7.* Dn. Schilt. *Tract. de Pac. Relig. cap. 9. in fin.* in-
serta. Sic exinde solide perspectum est, hunc Terminum A.
1624. non extendendum ad unius tantam Religionis confor-
tes, utpote ad Catholicos inter sese, vel ad Protestantas, sive
Evangelicos sive Reformatos inter sese; sed tantum ad illos
restringendum esse, qui ratione Religionis inter se invicem
tunc temporis contenderunt, atque Bellis præliisve decerta-
runt, ac postea in Tabulis Instrumenti Pacis ita paciscendo
atque transigendo, potestatem suam circa Religionem circum-
scripserunt, quæ transactio ultra suos limites non est proto-
landa.

Handa, arg. L. 9. §. 1. & 3. ff. de Transact. Nam tempore
 Pacificationis illius, his non erat hac in re inter Catholicos
 ipsos, aut ipsos Protestantas inter sese, sed inter Catholicos
 ab una, & Protestantas ex altera parte. Nec obstat Art. V.
 Instrum. Pac. §. Jus Dioecesanum &c. 47. ubi suspensum Jus
 Dioecesanum non tantum inter Catholicos & Augustanæ Con-
 fessionis addictos, sed etiam inter ipsos solos Augustanæ Con-
 fessionis Status. Quod itaque transigentibus in uno placuit,
 idem etiam iis in altero placuisse præsumitur: Verum respon-
 detur: Hæc præsumtio a fortiore præsumtione, imo ab ipsa
 expressa declaratione ibidem facta, eliditur, & hæc argumen-
 tatio a specie ad speciem est invalida. Non magis officit porro,
 æquum tamen videri, ut, quoad placuit Catholicis contra
 Protestantas, idem etiam Catholicis placere debeat inter Ipsos,
 & vice versa: Nam sciendum est, id procedere equidem in
 eis negotiis, ubi jus talionis locum habet, non autem in trans-
 actionibus, ita, ut, qui cum uno adversario transegit, transi-
 gere etiam debeat oppido cum altero eodem modo, contra
 effectum L. 1. C. de Transact. Ad alia dubia heic movenda
 respondet Reichard. in Dissert. de Termino a quo Bor. Ec-
 cles. §. 26. 27. & 28. Tractatui Schilt. de P. R. post. cap. 9.
 inserta. Add. Dn. Deck. in Consultat. de Pac. Civ. Relig.
 dat. p. 1. num. 12. p. 41. Aliud ergo est jus, quo Princi-
 pes Evangelici atque Reformati circa Religionem utuntur,
 ad nullum tempus restrictum, sed Provincialium Statuum pa-
 ctis quandoque limitatum, quia his Principibus liberum est,
 circa Religionem in Ditionibus suis disponere, nihilque definit
 circa hoc Instrumentum Pacis, imo potius asserit illis illimita-
 tum (si non obstant, ceu monitum, pacta circa hoc jus cum
 Statibus provincialibus inita,) Jus Reformandi, nullumque
 certum tempus in hoc illis observandum atque respiciendum,
 ut

ut adeo inter hos usus & observantia Anni præsentis Decretorii plane cesset. Vid. *Dissert. Dn. Strykii de Via Facti Principibus Imperii permissa*, cap. 3. §. 13. pag. 64.

§. VI.

Prouti extra dubium omnino est positum, Liberas Civitates Imperiales circa Sacra ac Jurisdictionem Ecclesiasticam idem habere Jus ac Privilegium, quo gaudent cæteri Principes & Status Imperii; ita quoque easdem pariter ad Subjectum nostri Anni Decretorii spectare, certum, & non ambigendum, earundem jus circa Sacra & Religionem, pariter ad istum Statum, in quo fuit Calendis Januar. 1624, esse limitandum, sive consideretur id ipsum intra muros & suburbia illarum, sive in Ditionibus ac Territoriis, sive unica, sive plures Religiones in Civitate vigeant. Instrum. Pac. Westphal. Art. V. §. 28. *Libera Imperii Civitates prout omnes atque singula sub appellatione Statuum Imperii non tantum in Pace Religionis & præsentis ejusdem Declaratione, sed & alias ubique indubitate continentur, ita & ex illarum numero ea, in quibus unica tantum Religio An. 1624. in usu fuit, tam ratione Juris Reformandi, quam aliorum casuum Religionem concernentium, in Territoriis suis respectu Subditorum, non minus ac intra muros & suburbia idem cum reliquis Statibus Imperii superioribus jus habeant &c.* Ad datur Gvil. Ignat. Schütz in *Manud. Pacis* quest. 17. & Deck. in *Consultat. de Pac. civ. Relig. dat. p. 1. num. 45 52. & 53. p. 269.* Ulricus Obrecht. ad §. *Libera Imperii Civitates &c.* 28. Art. V. Instrum. Pac. Cæl. Svecie.

§. VII.

Imo non tantum Subjectum nostri Anni Decretorii Status Imperii utriusque Religionis constituunt, sed & spectant

E

huc

huc quoque reliqua Imperii Membra, cum Immediata, tum
 Mediata. Instrument. Pac. Westphal. *Art. V. §. Hoc tamen non
 obstante*, 30. Concessum enim ibidem est, ut tam mediata,
 quam immediata Imperii membra, cujuscunque conditionis,
 retineant Exercitium illud Religionis, quod Calendis Januarii
 anni nimirum 1624. possederunt, inque illud plenarie & sine
 omni restituantur exceptione. Nam, quod ex istis speciatim
 ad Nobilitatem Imperii Immediatam attinet, licet enim ea
 haecenus Sessionem & Votum in Comitibus non habeat, attamen,
 cum in Terris suis tam feudalibus quam allodialibus,
 Imperatori & Imperio immediate subiectis, jure Territoriali
 sine omni dubio gaudeat, nec non quoad jura circa Sacra,
 Statibus Imperii suo modo æquiparetur, eo justius ad Subje-
 ctum nostri Anni Decretorii pertinet. Vid. Instrument. Pac.
 Westphal. *Art. V. §. Libera & Immediata &c.* 27. & Gvil.
 Ignat. Schütz. in *Manual Pacif. quest.* 17. pag. 137. & 146.
ibique nota Heyden. Borrom. Riccrunt. add. *Differ. Phil. Jac.*
Reich. de Termino a quo Restit. Bon. Ecclesiast. §. 7. Cum
 porro in eodem Instrumento Pacis Communitates ac Pagi im-
 mediate Imperatori & Imperio subiecti, (de quibus Goldastus
 in *Epistol. Dedic. der Reichshandlungen.* verbis: *Es seynd
 freye Reichs: Dörffer Susselheim / Godramstein / Samß
 und andere / somit hoch- und nieder- Gericht begabet / und
 allein Ihro Kayserlichen Majest. ohne Mittel unterthorffer.*
Dn. Schwed. Introduct. in Jus Publ. part. spec. sect. 2. c. 19.
in fin.) pariter hoc jure circa Religionem exercendo, fruuntur,
 eo minus dubii erat, eosdem hac ad Subjectum nostri
 Anni referre, quo magis Instrument. Pac. Westphal. *Art. V.*
§. Terminus a quo &c. 2. expressim huc istos referat. Me-
 diata Imperii membra, Statuum nempe Subditos, similiter
 Subjectum Anni Critici nostri aliquod efficere, secundum tex-
 tum

Cum Instrum. Pac. Westphal. Art. V. §. Hoc tamen non obstante. 30. ibi: *Subditi cujuscunque generis, qui Anno 1624. exercitium Religionis sive publicum, sive privatam habuerunt, illud etiam impofterum cum omnibus annexis juribus retineant &c.* apertissimum existit. Queritur tantum hic, quid juris obtineat circa Subditorum Subditos in Ditionibus mediatorum habitantes, num illis etiam usus hujus Anni Critici in Religionis exercitio sit concedendus, cum tamen Instrumentum Pacis de Subditis simpliciter loquatur? Ad respondetur: Eosdem parili modo huc pertinere, *cit. Art. V. Instrument. Pac. §. Hoc tamen non obstante &c.* 30. per generalitatem vocum ibidem: *cujuscunque generis*; sub hac enim Subditorum Subditos comprehendi, extra omnem dubitationis aleam est positum. Conf. Deck. in *Consulat. de Pac. Civ. Relig. p. 1. n. 38. pag. 177. & 179.*

§. VIII.

Traditum hucusque in precedenti Tractatione per varios §§. est, terminum nostrum Anni Decretorii 1624. versari circa personas Seculares & Laicales, sed eundem etiam circa personas Religiosas & Ecclesiasticas occupari æque affirmandum, secundum Instrum. Pac. Westphal. Art. V. §. 25. *Omnia quoque monasteria, fundationes & sodalitia mediata, que die prima Januarii Anno 1624. Catholici realiter possederunt, possideant & ipsi similiter, ut in Augustana Confessionis statuatur & Ditionibus ea sita sint &c.* §. 20. *Statum Territorii & Ditionibus ea sita sint &c.* In quorum autem Ecclesiasticorum Bonorum Immediatorum Capitulis utriusque Religionis Capitulares & Canonici vigore præfati termini certo utrinque numero admittuntur, mensesque Papales id temporis in usu fuerunt, porro quoque si decedentes Capitulares & Canonici ex numero Catholicorum definitio fuerint, obtineant &c. Quo ex loco apparet, adeo ipsa

Cum Instrum. Pac. Westphal. Art. V. §. Hoc tamen non obstante. 30. ibi : *Subditi cujuscunque generis, qui Anno 1624. exercitium Religionis sive publicum, sive privatum habuerunt, illud etiam impostum cum omnibus annexis juribus retineant &c.* apertissimum existit. Queritur tantum hic, quid juris obtineat circa Subditorum Subditos in Ditionibus mediatorum habitantes, num illis etiam usus hujus Anni Critici in Religionis exercitio sit concedendus, cum tamen Instrumentum Pacis de Subditis simpliciter loquatur? At respondetur: Eosdem parili modo huc pertinere, *cit. Art. V. Instrument. Pac. §. Hoc tamen non obstante &c.* 30. per generalitatem vocum ibidem: *cujuscunque generis*; sub hac enim Subditorum Subditos comprehendi, extra omnem dubitationis aleam est positum. Conf. Deck. in Consultat. de Pac. Civ. Relig. p. 1. n. 38. pag. 177. & 179.

§. VIII.

Traditum hucusque in precedenti Tractatione per varios §§. est, terminum nostrum Anni Decretorii 1624. versari circa personas Seculares & Laicales, sed eundem etiam circa personas Religiosas & Ecclesiasticas occupari aequè affirmandum, secundum Instrum. Pac. Westphal. Art. V. §. 25. *Omnia quoque monasteria, fundationes & sodalitia mediata, quae die prima Januarii Anno 1624. Catholici realiter possederunt, possideant & ipsi similiter, ut in Augustana Confessionis Statuum Territorii & Ditionibus ea sita sint &c.* §. 20. ibi: *In quorum autem Ecclesiasticorum Bonorum Immediatorum Capitulis utriusque Religionis Capitulares & Canonici vigore praefati termini certo utrinque numero admittuntur, mensesque Papales id temporis in usu fuerunt, porro quoque si decedentes Capitulares & Canonici ex numero Catholicorum definito fuerint, obtineant &c.* Quo ex loco apparet, adeo ipsa

ipsum Summum Pontificem, utut invitissimum, quoad solos
 Menses Papales in cap. 1. *Extravag. commun. de Trenga & Pat.*
 recensitos, & in §. 3. Concordat. Nat. Germ. adprobatos, ut
 alternis mensibus (Januario scilicet, Martio, Majo, Julio, Se-
 ptembr. & Novembr. in welchen die erledigte Beneficia dem
 Päpstlichen Stuhl mit der Collation heimstehen /) de vacan-
 tibus beneficiis Pontifices disponerent, per reliquos vero sex
 menses arbitrio Germanorum id permitteretur, ad Subjectum
 nostri anni Decretorii suo modo pertinere, Obrecht. *ad cit. Art.*
V. §. 19. J. P. Hæ sunt jam Personæ, quibus Annus noster
 1624. regulam in Religionis Exercitio & causis Ecclesiasticis præ-
 bet, quæve Subjectum ejusdem constituunt, quo relicto pro-
 grediendum ad

CAPVT III. illudve SPECIALE,

*Ostendens, quomodo Annus noster Decretorius
 circa Religionis Exercitium sese exhibeat.*

§. I.

EXpositis in Capite anteriori Personis, circa quas Annus
 Decretorius 1624. versatur, nunc tradendum quoque
 est, quomodo hic Terminus sese circa Religionem ejusve
 exercitium exerat. Quamvis enim Principes & Status Im-
 perii, Religionem eam, quam hætenus professi, libere mutare,
 atque aliam eligere, electamve in sua introducere Territoria
 possit, modo illa sit de tribus illis in Imperio nostro permittis
 ac toleratis, Romano- nempe Catholica, Lutherana vel Reform-
 mata, præter has enim aliam in Imperio fovere Religionem
 non putatur concessum, per Instrum. Pac. *Art. VII. §. 2. in fin.*
 Illa tamen mutatio ac electio alterius Religionis cujusdam, ita
 modificata est, ut Clerici cujuscunque Ordinis & conditionis
 ad

ad unam vel alteram ipsarum transientes, Præbendis, Canonicatibus ac Beneficiis suis extemplo priventur, ob Reservatum Ecclesiasticum, sive Freystellionatum, die Freystellung / uti vocant, (de cujus Historia præter Obrechtum *Diff. de Reservato Ecclesiastico per tot. & supra monita in Præfat. strictim & eleganter differit Dn. Schilter. de Pac. Relig. cap. 4. per tot.*) magno animorum impetu quidem agitatum, sed postea a Statibus Imperii Evangelicis, ad obtinendam tandem pacem & tranquillitatem per Instrumentum Pacis Osnabrugense pariter admissum. *Art. V. §. Si igitur. 15.* dict. Instrum. Pac. Cui Reservato & Equites Ordinum Teutonici & Melitenfis Religionem permutantes, quoad amissionem Balliviarum atque Commendarum æque subjacere autumo: quoniam non tantum plerumque ad Personas ecclesiasticas, quæ votum aliquod fovent, reque ad Præbendas & redditus ex Canonicatibus & Episcopatibus recipiunt, ideoque Jure Clericorum in hoc frui debent, Azpiscuet Navarr. *tit. de Regular. Consil. 12.* Engel. *in Coll. Jur. Can. lib. 1. tit. 21. §. 8.* Reinking. *de R. S. & Eccles. lib. 3. class. 2. c. 3. num. 41.* Linck. *in Tract. de Jur. Episc. cap. 4. n. 11. & seqq.* De privato Clericorum conventu nihil equidem heic peculiare Instrumentum Pacis disposuit, sed & hos illuc spectare, ideo reor, quoniam illi semper iisdem, cum aliis Clericis jurisbus & privilegiis gaudent, ita quoque huic dispositioni ut generatim circa Clericos conceptæ, subesse censentur. Vid. Gvil. Ignat. Schüz. *in Manual. Pacif. quest. 8. pag. 84. & seqq.* Cum proinde Transilientes ad aliam Religionem Principes & Status Ecclesiastici, ceu dictum, nihil Territorii retineant, hinc palam est, ut quoad Eosdem Annus noster adplicationem invenire queat nullam. At quoad Seculares Principes & Status, secus sentiendum, hi, equidem, ceu dictum, Religionem libere mutare,

non tamen Religionem ejusve exercitium, quod erat An. 1624. suis subditis, aut inhibere aut auferre possunt, *Art. V. Instrum. Pac. §. Hoc tamen non obstante &c. 30.* Aliter tamen iterum re sese habente, si Evangelicus ad Reformatos, & Reformatus ad Lutheranorum Sacra se conferat; nam tunc Annus noster Decretorius non obtinet, quia inter eosdem, uti in antecedenti Capite Dissertationis hujus probatum est, ad observantiam noster Terminus non est præstitutus, sed aliter sine respectu ad nostrum Annum, præcipue in Instrumentum Pac. Westphal *Art. VII. §. Unanimi &c. 1.* ibi; *Ut si aliquis Princeps vel alius Territorii Dominus vel alicujus Ecclesie Patronus posthac ad alterius partis sacra transferit, aut Principatum, aut Ditionem, ubi alterius partis Sacra exercitio publico de presenti vigent, seu Jure Successionis, seu vigore presentis Tractatus Pacis, aliove quocunque titulo nactus fuerit, aut recuperarit, ipsi quidem Concionatores Aulicos (sue Confessionis, citra Subditorum onus aut prejudicium, secum atque in Residentia sua habere liceat, ac fas ei non sit, vel publicum Religionis exercitium, leges aut constitutiones Ecclesiasticas hætenus ibi receptas immutare &c.* est quoad hunc passum conventum, posse nempe tales in suis Territoriis, quæ hucusque tempore Pacis possederunt, nisi Reversales Statuum Provincialium obtent, libere reformare, non autem eo in casu eadem licentia reformandi gaudere, si ipsi laudati Principes Evangelici vel Reformati, postea mutaverint Religionem, vel Territoria demum ex postfacto acquisierint, *dict. Art. VII. §. Unanimi &c. 1.* Vid. Gvil. Ignat. Schütz. in *Manual. Pacis* quæst. 9 pag. 92. *Dissert. Dn. Stryckii de Via Facti Principibus Imperii permissa, c. 3. §. 13.* Deck. in *Consultat. de Pac. Civ. Relig. dat. p. I. n. 49. fo. 51. 52. p. 240.*

§. II.

Sed nunc occurit hic ista quaestio : Num autem, si inter duos Territoriorum Dominos, quorum alter Catholicæ Religionis adscriptus, alter autem Lutheri dogmata sequitur, de Jure Territoriali illiusque annexis exoritur lis, ac controversia, ambo isti Religionem suam in Territorium introducere, & Subditis obtrudere possint? Hanc ut plurimum ex nostro Anno Decretorio decidunt ita : ambos nequaquam Religiones suas posse introducere, sed illum tantum, cujus exercitium fuerit stabilitum prima die Januarii Anno 1624. Alterum Territorii Dominum tandem privato Religionis exercitio, privataque illius administratione in Residentia sua debere esse contentum, donec in petitorio vel possessorio pro eodem aliud constitutum fuerit. Vid. Instrum. Pac. Westphal. *Art. V. §. Territorii jure* &c. 42. Gvil. Ignat. Schütz, in *Manual. Pacif. quest.* 15. pag. 130. Pariter disquiritur : Si duo diversis Religionibus Domini Augustanæ Confessionis & Catholicæ Religionis addicti ex æquis partibus Territorium quoddam ejusve annexa jura, tanquam Condomini possideant, num hoc casu quilibet publicum Religionis suæ exercitium introducere queat, vel num unica tantum Religio vigere debeat? Sed antequam huic quaestio satisfaciamus, distinguamus statim oportet : utrum nimirum unus dictorum Dominorum prima die Januarii A. 1624. tantum in possessione exercitii Religionis fuerit, an ambo Religionem suam pro Territorii æqualibus partibus, dicto anno exercuerint : hinc enim facile apparet responsio, ut nempe primo casu, unus solummodo Religionem suam introducendi Jus & potestatem habeat, illæsa tamen observantia Anno 1624. Sin vero secundus contingat casus tum quilibet in Exercitio libero Religionis illo loco, quo illud dicto sæpe anno & Termine habuit, relinquendus. Vid. Instr. Pac. Westph. *Art. V. §. Territoria autem* &c. 42.

verb.

verb. in iis locis &c. & Gvil. Ignat. Schütz. in *Manual. Pacif. quæst.* 16. pag. 131. ibique Nota H. yden. Borrom. Ricerunt. Faciunt huc, quæ J. h. Decker. in *Consul. de Pac. Civil. Relig.* in *J. P. conf. dat. ad Art. V. p. 1. f. m.* 234. in terminis refert. Wann zweyerley Stände / der einer der Catholischen Religion / der andere aber der andern Confession zugetwand / eine gemeine Herrschaft mit aller hoher und niedrigen Obrigkeit zugleich in Besizung haben / ob demjenigen / welcher einer andern Religion / als die Inwohner des Orts / gemeinlich zugethan ist / seiner Religion öffentliche Übung in derselben Kirchen zu gebrauchen / und darbey auch diejenigen Unterthanen zu zulassen / welche seiner Religion schon zuvor gewesen / oder erst neuer Ding darzu treten / ungeachtet dergleichen Religions Übung in seibigen Kirchen A. 1624. nicht im Brauch gewesen? Putat enim, si Judex id eidem sit concessurus, gratulandum ei fore, tanto quidem magis, quod nec solitarius Territorii Dominus contra Subditos, coexercitium suæ Religionis, prætendens in Templo sibi subjecto, A. 1524. uni Religioni dicato, quicquam obtinere potuerit. Addatur Dn. Lauterbach. *Illustris Cam. Assessor, in Tract. de Condomin. Territ. cap. 9. §. 22. per tot.*

§. III.

Affertum quidem in §. I. fuit, Principibus & Statibus Imperii in suis Territoriis, competere Jus Reformandi, sed Quæstio conscientiosa omnino est, num Subditos discrepantias a le Religionis, ad eandem Religionem, qualem ipsi profitentur, cogere, vique & minis adigere valeant? Pro Resolutione hujus Quæstionis quidam omnia hic redigenda esse ad Statum nostri Anni 1624. ibique spectandum, quinam Subditorum in possessione Religionis eo tempore fuerint, eos quo-

quoque permanere in illa in posterum debere, per textum Instr. Pac. Westphal. Art. V. §. Hoc tamen non obstante &c. 30. ibi: *Qui sive publicum sive privatum Augustanae Confessionis exercitium An. 1624. quacunque anni part, sive certo pacto aut privilegio, sive longo usu, sive sola etiam observantia dicti anni habuerunt, retineant id etiam in posterum cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercitia fuisse probare poterunt &c. §. Placuit porro &c. 33. Deck. in Consultat. de Pac. Civ. Relig. dat. p. 1. num. 49. 50. 51. & 52. Gvil. Ignat. Schütz. in Manual. Pacif. quest. 9. & 10. Dissert. Dn. Strykii de Via Facti Principibus Imperii permissa cap. 3. §. 11. & 12.* Quodsi autem tales adint Subditi, qui eodem anno exercitium Religionis non habuerunt, vel denuo ad aliam Religionem convolarunt, eos utique expelli posse arbitrantur quidam per Instr. Pac. Westph. Art. V. §. Quodsi vero &c. Fritsch. 33. ibi: *Aut. a Domino Territorii jussus fuerit &c.* Fritsch. de Jur. publ. part. 2. ex. 4. th. 15. Myler. de Stat. Imp. cap. 83. §. 4. Buckisch. ad Instr. Pac. Westph. Art. V. §. 36. obs. 99. Quidam vero hujus Anni observationem plane non esse necessariam, utut paulo violentius, & contra expressos modo allegatos Instrumenti Pacis textus, ducunt existimantes: posse quemcunque Principem & Statum, jure Territoriali gaudentem, Jus Reformandi ejusve annexa, libere in Ditionibus suis exercere, præcipue cum Jus Reformandi adhæreat Superioritati Territoriali, atque ab illa nullo modo separari queat; ac præterea clarum esse: Jus Territoriorum per Pacem Westphalicam Principibus Imperii non esse ademptum, ergo nec annexum ejus, videlicet potestatem circa Sacra & Jus Reformandi, cum autem omnis conventio aut pactio alias firma, salvo jure tertii, accipienda, ergo etiam Pacem Westphalicam salvo jure Principum & Statuum Territoriali, interpretandam ajunt.

F

Sed

Sed hæc omnia ita de Ejectione traduntur, ceu jam memoratum & contra Instr. Pac. textum, & contra Societatis civilis regulas, utpote secundum quas nemo sine culpa civitate indignus reputatur. Dn. Puffendorff. *de J. N. & G. lib. 3 cap. 11. §. 6.* maxime cum propter Dissensionem in Religione tranquilla & bona Respublica nihilominus esse possit. Congruunt huc ea, quæ hanc in rem ex Martin. Becan. *lib. V. Manul. c. 16.* & Laurent. Forer. *p. 7.* allegat Calov. *Tract. de nat. & indol. Pacif. §. 3. in fin.* apud Fritsch. *in Jur. Ecclesiast. p. 2. Tract. 5. p. m. 133. in fin.*

§. IV.

Verum enim vero eosdem non posse cogi, sine fuerint in possessione exercitii Religionis suæ Anno 1624. sive non, cum Aliis nobis verius videtur. Expeditum enim est, si habuerint possessionem vel quasi, aut qualemcunque usum & observantiam Religionis suæ, dicto Anno & Termino 1624. eos per hoc impetrasse Jus quæsitum ac firmatum, ipsis a Domino Territoriali non auferendum, arg. *L. 4. C. de Emancip. & L. 2. §. 16. ff. ne quid in loc. publ.* ut adeo ejusdem intuitu, nec cogi nec expelli, sed in eo statu, in quo fuerunt Anno 1624. relinqui, ac si turbati fuerint, in eum plenarie restitui debeant, secundum Instr. Pac. Westphal. *Art. V. §. 30. & 33.* Quod si autem dicto Anno non fuerint in possessione, neque publici neque privati Religionis suæ exercitii, tum non quidem ad alterius partis Sacra amplectenda violentia, minis & metu adigi possunt, sed vel libera in hoc passu emigrandi facultas, si quidem ipsis sit ad palatum, est concedenda, per clarum Textum Pac. Rel. *de An. 1555. §. Wo aber unsere zc. 24.* ibi: *An andere Ort ziehen / und sich niederthun wolten*: ubi verbum *Wolten* / necessitatem non importat: quæ eadem verba quæque occurrunt in Instrum. Pac. Westphal. *§. Art. V. §. Quod si vero*

vero &c. 35. ibi: *Sua sponte emigrare voluerit &c.* Unde tutius videtur, emigrationem ipsis invitis non injungendam, maxime si moderate se ac sine turbatione & seditionis præsumptione atque pacate gerunt, sed eosdem patienter in Territoriis tolerandos esse, ita, ut domi privatim exercitium Religionis sure habeant, atque devotioni suæ operam dent, & Religionis cultui in vicinia intersint. Vid. Instrum. Pac. Westphal. Art. V. §. *Placuit porro &c.* 33. Add. Gvil. Ignat. Schütz. in *Manual. Pacif. quest.* 11. Schilt. de *Pac. Relig.* c. 3. §. 9. 10. & *seqq.* Sunt digna, ut huc transferantur, verba, quæ habet insignis aliquis Scriptor Catholicus, Statum Tranquillitatis in Religione commendans in *Tract. de Offic. Miss. & Sacrif. N. T.* quæve ex illo allegat Decker. in *Consult. de Pac. Civ. Relig. dat.* p. 1. n. 53. pag. 252. hujus tenoris: Daß das grosse Nachtmahl / worzu von dem Hausvatter viel beruffen gewesen / die moderirte Gewalt / die ausgesandte Knecht wol zu erkennen / auch / daß des Hausvatters Befehl nicht auf das Todtschlagen / Verfolgen und Schmähen / sondern die Erfüllung seines Hauses gegangen / um desto willen dem Knecht befohlen worden / nicht die grossen Leute &c. sondern die Arme &c. hinein zu nöthigen / auf daß das Haus voll / nicht aber die Armen sollen todt geschmissen / geplündert / abgebrandt / oder von ihrer Bettlers. Session verjagt werden &c. & in *seqq.* Ist es also jetzt bey dem allein zu lassen daß das Schmähen / indem man mahniglich / so es Gewissens halben mit einem und andern nicht halten kan / für Reber ausschreyet / beydes ohne Erkenntnis der Sachen und seiner selbst / andere dafür urtheilet / sie darüber verfolgt / mancher zum Abfall und Verlängnung entweders genöthigt / oder schleichend überredet / oder auch unter allerley Prætext und Schein Rechts / um das

Einige gebracht/ von Land und Leut verjagt/ etliche wol gar getödtet worden/ & seqq. Hucusque ille pientissimus Auctor, cumque eo Deck. *cir. loc.* Da. Schilter. *de Pac. Relig. cap. 3. §. 9. 10. & 11.*

§. V.

Sed num isthæ Emigratio, cujus in præcedenti §. jam memini, præcise sit necessitatis, & dependeat a lubitu ac jussu Domini Territorialis, num vero mære voluntatis, atque dependeat ex voluntate & beneplacito Subditorum, pleniùs nunc discutiendum erit. Variè sane hic Doctores disputant, dum quidam Imperantibus, uti Fritsch. *de Jur. Publ. ex. 4. th. 15.* Myler. *de Stat. Imp. cap. 83. §. 4.* Buckilch. *ad Instr. Pac. Art. V. §. 36. obs. 99.* quidam vero Subditis, uti Cranius *de Pace Religios. part. 2. probl. 1. per tot.* Syring. *de Pace Relig. §. 38.* Carpz. *de Lege Regia Germ. cap. 14. sect. 2. num. 11. & seqq.* Liberam in hac Emigratione vel statuendi vel eligendi facultatem tribuunt; Asserentes posterius, beneficium emigrandi esse voluntarium, allegant. R. I. *de A. 1555. Augusta Vindelicorum conclusum §.* Und nachdem wir &c. 60. ibi enim expresse dicitur einen freyen Ab- und Zuzug &c. bewilliget haben &c. Item dictum R. I. *de Anno 1555. §. 24.* Wo aber unsere &c. mit ihren Weib und Kindern an andere Ort ziehen / und sich niederthun wolten/ dem soll solcher Abzug und Zuzug/ nach Verkaufung ihrer Haab und Güter gegen ziemlichen billigen Abtrag der Leibeigenschaft und Nachsteuer; wie es eines jeden Orts und Alter her üblichen herbracht und gehalten worden ist / unversehert männiglich zugelassen und bewilliget / auch an ihren Ehren und Pflichten allerdingß unentzoelten seyn &c. ubi iterum expressa vox Bolsen / sine dubio liberam voluntatem & non necessitatem inducit ac involvit, quos textus adjuvat Instrument. Pac. Westph.

Westphal. *Art. V. §. Placuit porro &c.* ex quo de tolerantia diversæ Religionis Subditorum his expressis verbis satis clare constat: *Ut NB. ejusmodi Subditi patienter tolerentur, & conscientia libera domi devotioni sua sine inquisitione aut turbatione privatim vacare, in vicina vero, ubi & quoties voluerint, publico Religionis exercitio interesse, vel liberos suos exteris sua Religionis Scholis, aut privatis domi Præceptoribus instituendos committere non prohibeantur &c.* Dn. Schilter. de *Pac. Relig. cap. 8. §. 13. in med.* Jungatur citatum Instr. *Pac. §. Quod si vero &c. 35.* ibi: *Sua sponte emigrare voluerit &c.* Quamvis autem in hoc §. 45. alternative ponatur: *Sua sponte emigrare voluerit, aut a Domino jussus fuerit &c.* Ast hic jussus tamen non excludit præcedentem aliqualem causam justam, ob quam Princeps ipsis discessum injungere potuerit, scilicet: *Si turbationibus ansam præbeant &c.* per Instrum. *Pac. §. Placuit porro &c. 33. in fin.* Qua ratione pariter temperanda sunt verba, §. *Conventum &c. 36. Art. V. Instr. Pac.* ibi: *Sive voluntarie sive coacte emigrantibus &c.* Dn. Jena *Tract. de Rat. Stat. Disput. 22. conclus. 1.* Dn. de Rhetz. *de Jure Stat. Imp. circ. Sacra. cap. 4. num. 12. & seqq.* Dn. Schilt. *de Pac. Relig. cap. 3. §. 9.* Ex quibus adductis satis clare demonstrandum, facultatem e Territoriis emigrandi mandari posse. Accedit hæc ratio etiam: Omne id, quod non expresse est prohibitum, censetur de genere permissorum, atqui libertas mansionis cum privata conscientia libertate non est specialiter prohibita, ergo illa censenda est quoque de genere permissorum. Vid. Gvil. Ignat. Schütz. *in Annual. Pacif. quæst. 11. p. 110. ibique Notæ Heyden. Borrom. Riccrunt. Addatur Dn. Stryk. in Dissert. de Via Facti Principibus Imperii permissa, cap. 3. §. 17. p. 67. & 78.* Just. Sinold, Schütz. *Vol. 2. ex. 4. th. 16. lit. A. & B.* Anterior allegati

Doctores, qui a partibus Dominorum hac in restant, adducunt equidem pro fundamento necessariae emigrationis eorum, qui An. 1624. librum Religionis Exerctium non habuere: (I) Dominis Territorialibus Regalia sua, inter quæ etiam Jus Reformandi non minimum occuparet locum, Dn. Schilter. *de pac. Relig. cap. 3. §. 3. & 4.* hac ratione minui, & ipsis injungi, Subditos suos cujuscunque sint conditionis & Religionis etiam citra voluntatem suam tolerare. (II.) Loqui pro eisdem *Art. V. Instr. Pac. Westph. §. Quod si vero &c. 35. ibi: Aut a Territorii Domino jussus fuerit &c. atque §. Conventum &c. 36. ibi: Sive coacte emigrantibus &c.* quorum rationes vid. apud Gvil. Ignat. Schütz. *in Manual. Pacif. quest. 11. in Not. Heyden. Borrom. Riccrunt. Deck. in Consult. de Pac. Civ. Relig. dat. p. 1. n. 43. & 44. p. 202. Rhet. in Inst. Jur. Publ. lib. 2. tit. 1. §. 27. p. 333. Just. Sinold. Schutz. de Rep. Rom. Germ. volum. 2. ex. 4. th. 16. ibique Not. Scharfchmidii. Dn. Schilter. de Pac. Relig. sæpius citato cap. 3. §. 2. 3. 4. atque seqq.* Alii per mediam viam euntes statuunt, esse hoc beneficium Emigrationis, pro ratione Personarum voluntatis & necessitatis. Ratione enim Subditorum esse semper voluntatis; perhibent nimirum, ipsos posse libere emigrare, ratione autem Domini necessitatis ita, ut ipsi incumbat dimittere cunctos volentes, etiam invitus. Sed nihil prohibet, quo minus subscribam eorum asserto, qui in arbitrium Subditorum hanc Emigrationem collocant; nam primum quod ad Textum a Patronis contrariæ sententiæ ex Instrum. Pac. Westphal. adductos attinet, his supra jam responsum; quoad secundum porro eo ipso Regalia Statuum non cohibentur oppido, si ipsi Subditis liberam conscientiam relinquunt, cum alia ratione jus circa Sacra in eosdem nihilominus exercere valeant. Nec his obstat, Terminum tamen Emigrationis certum quinquenni præfixum esse diversæ Religionis Subditis, secundum Instrum. Pac.

Pac. Westphal. Art. V. §. *Conventum &c.* 36. ibi: *Terminus non minor quinquennio &c. & illis, qui post Pacem publicatam Religionem mutant non minor triennio &c.* De hoc Termino vid. Deck. in *Consultat. de Pac. Civ. Relig. dat. p. I. n. 43. & 44 pag. 216.* Rhet. in *Instit. Jur. Publ. lib. 2. tit. 1. §. 27. pag. 333.* Nam hic Terminus secundum anteriorem hypothese[m] pertinet vel ad eos, qui sponte migrare gestiunt, vel illos, qui, alia quadam iusta causa antecedente, exire iussi sunt.

§. VI.

Circa Exercitium Religionis, quod hęc perpenditur, non disconvenienter porro inspiciendum est; An Principibus & Statibus Imperii sit concessum, præter Subditorum suorum Religionem, alterius quoque fidei confortes, qui An. 1624. exercitium Religionis habuere neque publicum neque privatum, in Territoria sua introducere, ac in illis tueri? Plurimi respondent de summo quidem jure, illud sane non posse fieri. Vid. Heyden. Borrom. Riecrunt. *Not. ad Cvil. Ignat. Schütz. Manual. Pacif. quest. 17. pag. 150.* Dn. Schilter. *de Pac. Relig. cap. 3. §. 13.* ubi ait: *Enimvero etsi Princeps aliquis bonam intentionem habeat, exercitium Religionum simultaneum in suo Principatu introducendi, non potest tamen de jure ita fieri, quominus uni alterive parti templa, redditus, & alia per Pacem Religiosam acquisita, eripiantur, sive in totum sive pro parte.* Vid. R. I. *de Anno 1654. §. 193.* Attamen cum Jus Reformandi dependeat a Jure Territoriali, & Religio toleranda sit de concessis in Imperio, posse Domino Territorii hanc licentiam non contradici; aliis videtur nempe ut aliis fidei sue confortibus, exercitium permittat, cum ipsi de jure suis secundum voluntatem disponere utique liceat. Siquidem hujus introductionis exempla atque specimina adducant in Reformatis, (quos *Hugonittæ* vocant) a Christianis

finē

lino Galliarum Rege Ludovico XIV. propter fidem pronuper
 expulsis, quippe qui ab Imperii variis Principibus & Statibus
 passim recepti, ac Religionis suæ liberrimum consecuti sunt
 exercitium: modo tamen hæc introductio novæ receptæque
 Religionis fiat, sine aliorum subjectorum turbatione, incom-
 modis in exercitio suæ Religionis, & absque diminutione re-
 dituum Ecclesiasticorum, nec contrarietur Pactis cum Stati-
 bus Provincialibus initis, quibus se nullam aliam Religionem
 tolerare in sua Provincia velle, promisit, nec adversetur exer-
 citio Religionis, subditis solitarie in territorio expressim con-
 cesso. Heyden. Borrom. Riccrunt. *Not. ad Gvil. Ignat. Schütz.*
Manual. Pacif. quest. 9. p. 98. Faciunt huc ea omnino, quæ
 eleganter hanc in rem differit Dn. Schilt. *de Pac. Relig. cap. 3.*
§. 11. & seqq. adducens Dn. de Seckendorff im *Zeutschen Für-*
stien: Staat. Add. §. 26. Ist hæc Receptio tamen semel facta
 non iterum revocanda, aut a successoribus Principis, toleran-
 tia semel concessa, deneganda est contra expressum textum
Instrum. Pac. Westphal. Art. VII. §. Si vero aliqua. 2. ibi:
Liberum esto sine reliquorum præjudicio istud indulgere a Suc-
cessoribus non auferendum. Ex quibus textus hujus verbis,
 non tantum a Principe concedi, sed & concessum a nolentibus
 Successoribus auferri haud posse, elucet. Vid. Dn. Stryk. *in*
Diff. de Via facti Principibus Imperii permissa, cap. 3. §. 14.
p. 65. & seqq. Dn. Schilt. *de Pac. Relig. cap. 3. §. 13.* Num
 vero Princeps vel alius Imperii Stratus habeat id potestatis, ut
 ædificia atque templa ad sacrarum occupationum usum desti-
 nata in civitatibus suis municipalibus desolata jacentia, e de-
 solatione producat atque restauret, inque illis vel suæ, vel alius
 Religionis exercitium concedere ac introducere valeat, pariter
 quæritur? Sane heic respondendum: permissum equidem
 id, nisi aliud quicquam obstet, Principibus, quia ædificia pu-
 blica

non contraveniendo Instrum. Pac. sine clausula obtenta esse tradit.

§. VII.

Superioribus quæstionibus & hanc subjungunt: Num Princeps Imperii præter subditorum suorum Religionem in Imperio expressim probatam profitentium, etiam alterius Religionis vel Sectæ in Imperio non probatæ neque admittæ exercitium, salvo tenore Instrumenti Pacis, in Territoria sua introducere ac tolerare possit? Respondendum hic, secundum puram literam Instrum. Pac. nullam plane aliam Religionem esse recipiendam, præter illas, quæ in dicta Pacificatione sunt approbatæ receptæve. Vid. *Art. VII. Instrum. Pac. Westphal. §. Si vero aliqua &c. 2.* ibi: *Sed præter Religiones supra nominatas, nulla alia in Sacro Imperio Romano recipiatur vel toleretur.* Confirmatur etiam hoc per Pac. Relig. Augustæ Vindelicorum conclusam, de An. 1555. §. 17. Doch sollen alle andere / so obgedachten beeden Religionen nicht anhängig / in diesem Frieden nicht gemeint / sondern gänzlich ausgeschlossen seyn &c. Quæ verba textuum tamen secundum quorundam explicationem, de qua Heyden. Borrom. Riccrunt. in *Not. ad Manual. Pacif. Schütz q. 6.* habere videntur hunc sensum, ut nulla alia Religio aut Secta contra Imperatoris & Imperii Statuum voluntatem, receptionem, tolerantiam aut jus emigrandi cum Termine quinque vel trium annorum, ex Constitutionibus Imperii prætereundere possit; Salvo interim arbitrio Statuum, quousque illi jure suo Superioritatis & Reformandi, contra aliarum Religionum, præter tres istas probatas, affectas in suis Territoriis uti velint, modo non præjudicet Religioni, quæ fuit in Territoriis A. 1624. nam hujus exercitium Instrum. Pac. voluit tutum ponere, Guil. Ignat. Schuz in *Manual. Pacif. quæst. 6. & 14. cum nos.* Heyden. Bor-

Borrom. Riccrunt. *in fin.* Conf. Schilt. *de Pac. Relig. cap. 3. §. 9. & 13.* ubi varias haec in rem limitationes & præcautiones adducit, quas videtis. Ego quidem hoc in passu delicatæ decisionis, iudicium meum suspendo, & id solummodo moneo: Pacta circa receptionem cum Sectatariis istis semel iacta, non debere ex arbitrio iterum deturbari, sed necessariò servanda esse, & finito receptionis ad tempus factæ termino, tandem ad emigrandum compelli posse sed ita, ut ipsis non minor terminus, quam aliis emigraturis constituatur. Heyden. Borrom. Riccrunt. *not. ad Guil. Ignat. Schuz. Manual. Pac. quest. 6. pag. 78. & 79. quest. 9. & 14.* Hinc Judæis in Territoriis semel assumtis liberum cultus sui divini exercitium permittendum, quæ Judæorum Receptio *per A. B. t. Prasentis constitutione. 9. ibi: nec non Judæos habere &c. confirmata.* Vid. Rhet. *in Instit. Jur. Publ. lib. I. tit. 6. §. 17. pag. 196.* Quibus fides tuitionis semel data, comiter servanda, adeo, ut si contra fiat, Mandata cum clausula id propterea in Camera extrahi possint, secundum elegans iudicium Dn. Justi Sinold. Schützii *de Republ. Rom. Germ. Volum. 2. ex. 6. th. 24. lit. C.* hujus argumenti: *Tam odiosa est remanetque subditorum non solum, verum etiam aliorum, qui Magistratui subiecti sunt, iniqua gravatio, ut ipsis quoque Judæis succurratur, ideoque, si quis eos semel in protectionem susceptos, maxime, si pacifice & secundum leges præscriptas vivant, nec quicquam turbulentum tentent, contra pacta & privilegia ejicere attentet, adversus eundem ad petitionem Judæorum in Camera Mandata cum clausula decerni soleant.* Laudat. Heyden. Borrom. Riccrunt. *not. in Manual. Pacif. Guil. Ignat. Schutz. quest. 6. pag. 80. & quest. 14. p. 128.*

§. VIII.

Supra jamjam quædam in medium prolata sunt de
G 2 libe-

liberis Imperii Civitatibus, nempe Annum præsentem Decretorium 1624. etiam circa illas, earumve subditos & Territoria indubitato verari, easve in hoc observando teneri, ad instar aliorum Imperii Statuum. Nunc id solum heic discutere non adeo extra oleas erit: Num nimirum cives Civitatis cujusdam Liberæ Imperialis renitente Senatu, aliam Religionem, quam cujus exercitium. A. 1624. habuere, possint introducere? Nonnulli equidem id defendere conantur (1) quia Pacificatio non tantum ipsorum Statuum, sed & Subditorum nomine facta, horumque conscientia securitatem æque tribuat, ac ipsorum Statuum R. J. de A. 1555. §. Dare auf wir ic. §. ibi: der Stände und Unterthanen Nutzen ic. & §. Und aß der Churfürsten ic. 7. ibi: An dem allen Ständen und Unterthanen zu dem höchsten gelegen / (2) quia in Civitatibus Imperialibus, non tantum Senatus, sed & cives simul Statum Imperii repræsentarent. Sed respondent eisdem rectius Alii, quamvis enim quoad primum, vi istius Pacis Religiosæ subditis competat cultus Religionis ita, ut possint illi domi privatimve sine turbatione vacare, vel aded liberè sine compulsione migrare; attamen id non intelligendum de cultu Religionis sub exercitio publico, quod subditis non competit, Syring. de Pac. Relig. ib. 23. bene tamen ille Carpz. decis. illustr. 83. num. 26. & seq. Quoad secundum excipiunt: verum quidem esse, Senatum non posse dici Statum sine populo, attamen exinde non sequi cives Regalia quædam invito ac renitente Senatu sibi sumere posse, quin potius eum semel regimen in Senatum contulerint, quidquid in Republica expediendum est, per eum fieri debere. Latius Carpz. cit. decis. 83. per eos. Limn. in Addit. I. P. 1. 3. lib. 7. c. 1. n. 57. Knipschild. de jur. & privil. civitat. Imp. lib. 2. cap. 3. pag. 108. Et qualis quæso oriretur religionis in Republica
con-

confusio, si quilibet civium novam Religionis speciem affectare atque eligere auderet. Manet igitur extra dubium, ad hujusmodi confusionem evitandam, cives sine Directione Senatus, maximè si forma Reipublicæ primordialiter recepta, in se iisdem obloquatur, nihil sicuti in Politicis, ita quoque in ecclesiasticis & sacris, suscipere posse. Addatur Dn. Stryck. *in Diss. de via facti Principibus Imperii permissa. cap. 3. §. 15. pag. 66.*

§. IX.

Quæ hæc dicta circa Exercitium Religionis, id ipsum nempe dependere à Superioritate Territoriali, sed ita, quo respectus habeatur ad exercitium Religionis, quod fuit An. 1624. ea pertinent quoque ad Nobilitatem immediatam Imperii Instrum. Pac. Westphal. *Art. V. §. Libera & immediata &c. 27.* Sed minimè gentium ista cura circa Sacra spectat ad solam qualitatem Feudalem, Instrum. Pac. Westphal. *Art. V. §. à sola qualitate &c. 41.* nec ad Jurisdictionem Criminalem, das **Centgericht** / Jus Gladii, & Retentionis, Patronatus, Filialitatis, Protectionis & Advocatiæ, quæ omnia sanè Possessoribus suis nullum jus Reformandi concedunt. Vid. Instrum. Pac. Westphal. *Art. V. §. Sola Criminalis &c. 43.* & Deck. *in Consult. de Pac. civ. relig. dat. p. 1. n. 48. pag. 237. & seqq.* Christoph. Besold. *p. 6. Consil. Tubing. 297. quest. 2. n. 40.* plura Consilia Dd. huc facientia collecta exhibit Dn. Ahalv. Fritsch. *p. 2. juris Eccles. cap. 6. per sor. Burgolden. ad Instrum. Pac. part. 2. discours. 16. pag. 139.*

CAPVT IV. pariter SPECIALE.

Applicationem Anni Decretorii quoad jura Religionis annexa & Bona Ecclesiastica, tam Immediata quam Mediata, ostendens.

§. I.

CONsiderato Anno Decretorio in antecedenti Capite quoad exercitium Religionis, nunc in præsentī quoque trans-eundum est ad applicationem ejusdem, ad jura Religionis ejus-ve exercitio specialiter annexa, & Bona Ecclesiastica, Illa quod concernit, sunt ea Jura circa Sacra & Episcopalia, quæ Principibus atque Statibus Augustanæ Confessioni addictis, aliis-ve Imperii Membris sine omni competunt interpellatione, vel per Clericos, quibus hanc curam demandarunt, vel per semetipsos & alios, Consistoria nempe & Judicia Ecclesiastica, pro lubitu exercenda. B. Linck *Tract. de Jur. Episcop. cap. 15. n. 52. p. 483.* dudum ex Superioritate Territoriali eisdem acquisita, & pro illius potissima parte, secundum tritum illud Landgravii Hassiæ Mauritiū dictum atque proverbium: *Die Freyheit in der Religions-Sach sey der Stände höchstes Regal*; æstimata, ut hinc hodiernum obtineat adhuc inter Protestantē istud dicitur: *Cujus est Regio, ejus etiam est Religio*; quo cum concordat Gallorum istud: *Un Roy, une Loy, une Foy.* Vid. Vitriar. in *Inst. Jur. Publ. lib. 3. tit. 19.* & Pfeffinger in *not. ibidem num. 29. pag. 270. & 271.* Elegantissimè omnium id evincit Dn. Schilter. de *Pac. Relig. c. 3. §. 15. 16. & 17.* Quæ jura sicuti jam ante ipsis dudum asserta, ita porro magis confirmata sunt per Instrum. Pac. Cæsar. Suevic. & ibidem suspen-
sam

fam in Protestantium Territoris Jurisdictionem Episcoporum Ecclesiasticam, Vid. Instrum. Pac. Westphal. Art. V. §. 47. in verbis: *Jus Diocesatum & tota Jurisdictio Ecclesiastica sum omnibus speciebus suis, in Augustanae Confessionis Electores, Principes, Status (comprehensa Imperii nobilitate) eorumque Subditos, tam inter Catholicos & Augustanae Confessionis additos, quam inter ipsos Augustanae Confessionis Status usque ad compositionem Christianam dissidii Religionis, suspensa esto, & intra Terminos Territorii cujusque Jus Diocesatum & Jurisdictio Ecclesiastica se contineat &c.* Vid. dict. Art. V. Instrum. Pac. Westphal. §. *Quantum deinde &c.* 29. ibi: *Cum ejusmodi Statibus Immediatis cum Jure Territorii & Superioritatis, ex communi per totum Imperium haecenus usitata praxi, etiam Jus Reformandi exercitium Religionis competat &c.* Quam indubitabilia, quamque certa etiam haec jura circa Saecra & Episcopalia Statuum & Membrorum Augustanae Confessionis additorum, omnino sint. Laudat. Dn. Schilt. de Pac. Relig. cap. 3. §. 17. Nihilominus tamen limitata ac temperata nonnunquam per nostrum Annum Decretorium ea vides in Instrum. Pac. Westphal. Art. V. §. 25. ibi: *Omnia quoque monasteria, fundationes & sodalitia meditata, qua die prima Januarii An. 1624. Catholici realiter possederunt, possideant & ipsi similiter, ut in Augustana Confessionis Statuum Territorii & Ditionibus ea sita sint &c.* §. *Quos Capitulares &c.* 22. & §. *Turbati autem &c.* 31. ibi: *Idemque observetur ratione Subditorum Catholicorum Augustanae Confessionis Statuum, ubi dicto Anno 1624. usum & exercitium Catholicae Religionis publicum aut privatum habuerunt. Ut ut hucusque fuerit deductum jura Episcopalia dependere a Territorio, eisque Membris Imperii competere qui Superioritate Territoriali gaudent. Attamen nonnunquam & Membris Mediatibus, ea vel integra, si illa An. 1624. in Terris Catho-*

corum.

corum Statuum exercuerunt, vel certæ particulæ ex istis, competunt. Instrum. Pac. Westphal. Art. V. §. Hoc tamen non obstante &c. 30. ibi: Hoc tamen non obstante, Statuum Catholicorum Landsassii, Vasalli & Subditi cujuscunque generis, qui, sive publicum sive privatam Augustanae Confessionis exercitium An. 1624. quacunque anni parte, sive certo pacto aut privilegio, sive longo usu, sive sola denique observantia, dicti anni habuerunt, retineant id etiam in posterum, una cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuisse, probare poterunt. Plura de hac re videri possunt apud B. Linck. in *Tract. de Jur. Episc. cap. 15. num. 55. pag. 448.* Da. Rhet. in *Instit. Jur. Publ. lib. 2. tit. 1. §. 22. & 35.* Guil. Ignat. Schuz. in *Manual. Pacif. append. quest. 21. in Not.* Heyden. Borrom. Riccrunt. & Da. Fritsch. in *Jur. Eccles. p. 2. cap. 6.* ibique adducta Consilia variorum Jurorum.

§. II.

Dicta hæc Jura Ecclesiastica retinent etiam Status illi, qui defectunt à Confessione Augustana Religionem Romano-Catholicam assumentes, in subditos suos, qui An. 1624. Jurisdictionem Ecclesiasticam Evangelicam agnovere, nec aliam agnoscunt Jurisdictionem Ecclesiasticam, quam Domini & Principis sui Territorialis, tametsi Catholici. Hic tamen hac limitatione & conditione ista jura exercere tenetur, ne Evangelicis suis subditis talia injungat, quæ Augustanae Confessionis vel conscientis eorundem repugnant. Vid. Instrum. Pac. Westphal. Art. V. §. *Jus Diæcesanum &c. 47.* ibi: Catholicorum Augustanae Confessionis addicti Status Provinciales & Subditi, qui A. 1624. Ecclesiasticam Jurisdictionem agnoverunt, in iis casibus modo dicta Jurisdictioni, subsint, qui Augustanam

Com.

Confessionem nullatenus concernunt, modo ipsis occasione Prae-
 cessus nihil injungatur. Augustana Confessione vel conscientiae
 repugnans &c. Hinc ad juramenta, aliasque causas ritibus
 & ceremoniis Romano - Catholicorum peragendas conformes,
 subditi tales cogi non possunt, quia conscientiae libertas accu-
 rate observari, nihilque conscientiae & Augustanae Confessione
 contrarians ipsis praecipere debet. Unde olim orta fuit quaestio:
 An ejusmodi subditi possint a Principe suo ad Calendarium
 Pontificis Romani Gregorii XIII. recipiendum cogi? Hanc
 quidem quaestionem hodie, mutato interim circa Calendarium
 negotio, nisi velim eandem circa ferias Pontificias simul cele-
 brandas formare, fere supervacuum puto, illumque, qui ejus
 discussionem videre amat, remitto ad Gvil. Ignat. Schutz. *Ma-
 nual. Pacif. in Append. quest. 22. & ad ejusdem Commenta-
 riorum Heyden Borrom. Riccrunt. in Not. ibid.* Pariter quo-
 que fuit disquisitum: num talis Princeps Catholicus Jurisdic-
 tionem Ecclesiasticam exercens, subditis suis istius Confessio-
 nis etiam prohibere queat, eas canere cantiones atque formare
 orationes, in quibus Deum rogant, ut eosdem custodiat atque
 protegat a Tyrannide & imperio Romani Pontificis? Et fuit
 responsum: Hujusmodi genera precum & cantionum Religionis
 eorum consonantium prohiberi ipsis non posse, maxime cum
 in Tractatibus tam Pacis Religiose quam Westphalicae, nihil
 de immutatione horum versuum fuerit memoratum. Vid. B.
 Link. *Tract. de Jur. Episc. cap. 15. num. 57. pag. 484. & 485.*
 Utut majoris modestiae ac decentiae esse tesseram illorum sub-
 ditorum existimem, si sponte sua Domino suo Territoriali mo-
 dorem gerunt, eidemque nec per hujusmodi cantilenas vel pre-
 ces, sicuti nec ad salutem praecise, ita nec ad Exercitium suae
 Religionis necessarias, vel bilem, vel rancorem, vel offendi-
 culam movent, sed etiam in harum intermissione, amorem
 H pacis

pacis & concordiae ut optimum fidei suae signum, simul testentur. Dn. Schilter. *de Pac. Relig. cap. 3. §. 5. in fin.* Haecenus dicta procedunt quidem in Principibus Secularibus eis, qui suam Religionem ex postfacto mutarunt; Alia vero est ratio eorum, qui Ecclesiasticas dignitates possident, Evangelicae Religioni addictas, nimirum Episcopatus, aut alia ejusmodi beneficia, sed ex postfacto illam Religionem mutant, quia Reservatum Ecclesiasticum, de quo plura in Praefatione supra jam subinde protuli, in Pace Osnabrugo - Monasteriensi etiam ad Ecclesiasticas personas Evangelicae Religioni addictas, est extensum, per clara ejusdem verba *Art. V. §. Si igitur &c.* 15. ibi: *Aut Augustanae Confessioni addictus in Archi-Episcopum, Episcopum &c. aut etiam alii Ecclesiastici Religionem in posterum mutarint, excidant illi statim jure suo &c.* Add. Blum. in *Proc. Cam. tit. 28. num 26. p. 153.* Dn. Schilter. *de Pac. Relig. cap. 4. per tot.*

§. III.

Licet apertum porro sit, Seculares Pontificiae Religioni addictos Status atque Principes, plane suo jure circa Sacra viros non esse, eosve Jus Episcopale vel Reformandi haud exercuisse, sed id omne secundum hypothesein suae Religionis, Episcopis ac Praelatis administrandum reliquisse, ut adeo prorsus nihil circa Religionem potuerint efficere in suo Territorio, nisi id peragatur ratihabitione & consensu Summi Pontificis, vel Sedis Romanae: At tamen ex postfacto per Constitutionem Instrumenti Pacis Westphalicae illis laudatis Principibus & Statibus concessa est Jurisdictio Ecclesiastica in Subditos suos diversae Religioni addictos, hunc in modum, ut eorum Landsassii, Vasalli & Subditi cujuscunque sint generis, qui Anno 1624. in possessione vel quasi exercitii Religionis quidem

dem fuere, jura autem exercitio Religionum annexa neque habuere, neque exercere, Religionis saltem exercitium, secundum dictum Annum retineant, eamque libere sine ulla turbatione & inquisitione porro profiteantur; Statibus vero atque Principibus suis Catholicis concedatur omnis Jurisdictio Ecclesiastica; nam nullum subditi alium in sacris & profanis Dominum agnoscere tenentur, quam Dominum suum Territorialem Catholicum, arg. Instrum. Pac. *Art. V. §. Hoc tamen non obstante &c.* 30. Vid. B. Linck. *de Jur. Episc. cap. 15. num. 58. pag. 485.* Quo in textu Instrum. Pac. id singulare maxime occurrit: Subditos Principum & Statuum Pontificiam Religionem tuentium, saepius id exercere juris, quo nec Domini eorum utuntur hodie, nempe gaudere privilegiis & prerogativis Jurisdictionis Ecclesiasticae, & jurium Episcopatum inrogantium, in quantum An. 1624. in Ecclesiasticis aliam Jurisdictionem nullam agnoscere, sed ipsi in exercitio & reali possessione istius, dicto Anno Decretorio fuere. Hinc Domini Territoriales eorundem pati tenentur, ut sine requisitione eorundem dicti subditi, Ministeria, Consistoria aliaque Religionem concernentia ordinent atque instituunt. Vid. *Art. V. Instrum. Pac. Westphal. §. 30. ibi: Hoc tamen non obstante, Statuum Catholicorum Landessassii, Vasalli & Subditi cujuscunque generis, qui sive publicum sive privatum Augustanae Confessionis exercitium A. 1624. quacunque anni parte, sive certo pacto aut privilegio, sive longo usu, sive sola denique observantia dicti anni, habuerunt, retineant id etiam in posterum una cum annexis, quatenus illa dicto anno exercere, aut exercita fuisse probare poterunt &c.* Jung. B. Linck *cit. Tract. de Jur. Episc. cap. 15. n. 55. pag. 484.* Illustris Dn. Rhet. in *Instit. Jur. Publ. lib. 2. tit. 1. §. 20. pag. 330.*

§. IV.
 Sicuti Exercitio Jurium Episcopaliū modum ponit An-
 nus hic noster Decretorius 1624. si unus Princeps vel Imperii
 Status Territorio suo solitarie Regimini præest; Ita quoque
 ejusdem observantia extenditur quoque eo, ubi Status & Mem-
 bra Imperii Immediata Territorium cum aliis Principibus &
 Statibus in commune administrant, vel etiam ad eum casum,
 quo plane in Territorio alieno ad eosdem Status non perti-
 nente, jurisdictio Ecclesiastica exercetur. Quodsi enim duo
 Status diversæ Religionis ad stipulantes in Territorio communi
 degant, atque omnia jura & Regalia divisim, proque æquali-
 bus administrant portionibus, unus tamen tantum A. 1624.
 in possessione vel quasi exercitii Jurisdictionis Ecclesiasticæ fue-
 rit, tunc illi solum, non alteri, eadem simul conceditur. Vid.
 Instrum. Pac. Westphal. Art. V. §. Territorii jure &c. 42.
 verbis: *In iis locis, ubi Catholici & Augustanae Confessionis
 Status ex æquo, jure Superioritatis fruuntur, tam ratione
 publici exercitii, quam aliarum rerum Religionem concernen-
 tium idem Status maneat, qui fuit Anno dieque supra dictis
 &c.* Guil. Ignat. Schütz. *Manual. Pacif. quest. 16. pag. 131.*
 Dn. Lauterbach. *Illustr. Camer. Asses. Tractat. de Condomin.
 Territ. cap. 9. §. 22.* Conf. ad Schutz. Heyden. Borrom. Ric-
 erunt. *cit. loc.* Exinde fuit, facile procedere, ut Evangelico-
 rum Statuum ac Principum aliquis possit Exercitium Jurium
 Episcopaliū habere in Territorio alieno cujusdam Status Pon-
 tificii; e contrario vero Pontificiæ Religionis addictus Status
 valeat exercere Jura Episcopalia aliaque Ecclesiastica, in Ter-
 ritoriis ac Ditionibus Principum Augustanæ Confessionis addi-
 torum, dummodo in exercitium dicto anno & die Critico
 sic obtinuerit, quia circa hoc omnia diriguntur ad conditio-
 nem

stantæ Confessioni addictos pronunciare atque exequi, quod ipsum expressum ita confirmatum per Instrum. Pac. Westphal. *Art. V. §. Jus Diæcesanum &c.* 47. ubi tamen id observetur necesse est, ne procedatur ad excommunicationem, nisi post tertiam demum denunciationem antea factam, secundum allegat. §. Qui unicus est casus ille exercendæ Jurisdictionis Ecclesiasticæ, qui ex parte Catholicorum in Terris remansit Protestantium, alioquin ibidem suspensæ, de quo vid. B. Linck, *in Comm. ad Decret. X. de decim. §. 8.* Idem *in Tractat. de Jur. Episcop. cap. 15. num. 68. pag. 489.* Gvil. Ignat. Schütz. *in Manual. Pacif. Append. de Jurisd. Ecclesiast. & Nor. Heyden. Borrrom. Riccrunt. in verbis: Extra Religionis materiam &c. pag. 180.*

§. VI.

Postquam ex præmissis videre licuit, gaudere nonnquam Subditos Pontificiorum Evangelicos jure quodam circa Sacra, si in ejusdem possessione vel quasi An. 1624. fuerunt, per text. Instr. Pac. *Art. V. §. Hoc tamen non obstante &c.* 30. Hinc moveri solet quæstio: Utrum hoc jus ita possessum per transactiones, pacta atque conventiones, in Dominos Territoriales Catholicos & Episcopos possit transferri? Quod ipsum sane eo minus in dubium vocamus, quo magis apparet, nullum Textum Instrum. Pac. huic Rei obloqui, sed potius *Art. V. §. Hoc tamen non obstante &c.* 30. ejusve verba sequentia: *Et hac omnia semper & ubique observentur consueque, donec de Religione Christiana vel universaliter, vel inter Status immediatos eorumque Subditos mutuo consensu aliter erit conventum, nec quisquam a quocunque ulla ratione aut via turbetur &c.* hanc Transactionem circa istius Juris exercitium confirmare; Unde patescit, sua sponte hoc casu derogari

& §. *In causis Religionis &c.* 31. ibi: *Non attendit votorum pluralitate &c.* Quousque etiam obligentur Subditorum successores ad pacta illa observanda, de eo confer. Gvil. Ignat. Schütz. *in Manual. Pacif. quest. 14. ibique Not.* Heyden. Borrom. Riccrunt. pag. 125. ubi hic posterior periculositatem ejusmodi Pactorum pro Subditis, *in Not. ad quest. 17. pag. 148.* satis evidenter innuit.

§. VII.

Accessuro mihi ad Ultimam Partem Dissertationis meæ, nempe ad Bona Ecclesiastica, ostendendum incumbit, quoniam pacto atque qua ratione sæpe memoratus Annus Decretorius 1624. Restitutionis normam ministrat atque Regulat, circa bona ista Ecclesiastica unius vel alterius Religionis parti, vel aliis innumeris modis adempta. Antequam autem ad illam applicationem progrediar, paucis præmittam; Annum præsentem Decretorium non tantum versari, circa bona Ecclesiastica ea, quæ sustentationi Clericorum, conservationi Ecclesiarum, aliisque piis usibus & sic mediate cultui divino dedicata; sed & ea, quæ eidem immediate consecrata sunt, per Instrumentum Pacis, pro objecto Transactionis haberi & se huc qualificare. Vid. Instrum. Pac. Westphal. Art. V. §. *Quæcumque monasteria &c.* 24. ibi: *Templa &c.* & §. *Hoc tamen non obstante &c.* 30. ibi: *Templorum &c.* Deck. *in Consultat. de Pac. civ. relig. dat. p. 1. num. 22. pag. 75.* Imo adplicatur porro annus noster ad ista sine consideratione: num corporalia sint, num vero incorporalia, utpote jura præsentandi, visitandi, Inspectionis, corrigendi, Protectionis, in bonis ecclesiasticis dicto anno dieque realiter plene vel ex parte quasi possessa, Instrum. Pac. Westphal. Art. V. §. 25. *in med.* Item

Item huc spectat Jus decimandi, reditus & census percipiendi.
 §. 45. Circa illa versatur iste annus iterum sive sint Mediata,
 quæ non immediate Imperatori & Imperio, sed tantum mo-
 diante aliquo Statu & Membro subsunt, Instrum. Pac. West-
 phal. *Art. V. §. 24.* vel Immediata, quæ immediate sine re-
 cogitatione alterius Domini Territorialis, Imperatori & Impe-
 rio parent, Instrum. Pac. Westphal. *Art. V. §. 23.* Vid. Schilt.
de Pac. Relig. cap. 8. §. 5. pag. 243. Sed an Mobilia sub de-
 nominatione Bonorum Ecclesiasticorum heic ita comprehen-
 dantur, ut etiam in illis Annus noster Decretorius 1624. appli-
 candus sit, quæstionis est? Sane id haud negandum per In-
 strument. Pac. Westphal. *Art. V. §. Bona Ecclesiastica. 14.* ibi:
Seu aliis quocunque nomine signatis in urbibus seu ruri sitis &c.
item §. Quæcunque monasteria &c. 24. ibi: *Cum suis per-*
tinentiis, redditibus & accessionibus ubicunque sitis; una cum
NB. amotis documentis, (sub quibus libri Ecclesiastici aliæque
scripturæ intelliguntur,) in priorem statum restituantur.
 Deck. in *Consulat. de Pac. Civ. Relig. dat. p. 1. num. 22. pag.*
77. & seqq. Dn. Reichard. in *Diss. de Termino a quo Resti-*
tut. Bon. Ecclesi. per tot. apud. Dn. Schilter. de Pac. Relig. cap.
9. in fin.

§. VIII.

Quod nunc speciatim Bona ac Beneficia Ecclesiastica Im-
 mediata concernit, utpote sunt, Archi - Episcopatus, Epi-
 scopatus, Prælatuæ, Abbatuæ, Ballivæ, Præposituræ, Com-
 mendæ, sive liberæ Foundationes seculares, aut aliæ Ordinatio-
 nes; illa, qualia qualia sint, æstimantur latis perspicue se-
 cundum possessionem nostri Anni Decretorii ejusve primæ
 diei Januarii, per apertum textum Instrumenti Pacis West-
 phal. *Artic. V. §. Bona Ecclesiastica &c. 14.* Conf. Blum. in
 Proc.

Proc. Cam. tit. 28. num. 25. pag. 152. Cuncta ergo in pristinum statum hujus anni 1624. restitui & in eo manere debent, quocumque etiam fervore horum bonorum intuitu, antea fuerit disputatum. At hęc Restitutio secundum Annum nostrum, limitatur heic iterum in Personis Ecclesiasticis ad aliam Religionem convolantibus, quę, uti, supra memoratum, ob Religionis mutationem, bona atque præbendas suas amittunt, propter stabilitum per Pac. Westphal. *Art. V. §. Si igitur &c. 15.* Reservatum Ecclesiasticum, etiam ex parte Evangelicorum. In Secularibus autem utique firmum manet, ut illa Bona Ecclesiastica, quę 1. Januar. An. 1624. a Catholico regebantur Præsule, Catholicum recipiant Caput; quę vero Evangelici possederunt, etiam in posterum retineant, utrinque remissis fructibus interea perceptis, damnis & expensis &c. Vid. Instrum. Pac. Westphal. *Art. V. §. Si igitur &c. 15.* in verbis: *Si ergo &c.* Blum. in *Proc. Cam. tit. 29. num. 27. pag. 154.* Deck. in *Consultat. de Pac. Civ. Relig. dat. p. 1. n. 27. pag. 102. & seqq.* Schilter. de *Pac. Relig. cap. 8. §. 5.* Quoad vero Bona Ecclesiastica Mediate, eadem pariter ad observantiam Anni præsentis Decretorii, ut antecedentia Immediata, quę ab Evangelicis dicto Anno & die erant possessa, retrahi æstimarique debent, sive judicialiter, sive extrajudicialiter Evangelicis sint erepta, sive ante sive post Transactionem Passaviensem, vel Pacem Religiosam ab eisdem possessa, remotis omnibus pactis, litispendentis, processibus & exceptionibus in illis objectis. Vid. Instrum. Pac. Westphal. *Art. V. §. Quæcumque monasteria &c. 24.* Blum. in *Proc. Cam. tit. 28. num. 33.* Deck. in *Consultat. de Pac. Civ. Relig. dat. p. 1. num. 33. pag. 122.* Parili modo Bona Mediate a Catholicis possessa, licet illa in Protestantium Territoriis sint sita, retinentur ab ipsis, vel illis restituantur ad Regu-

Regulam diei primi Januarii An. 1624. ita tamen, ut non liceat Catholicis, Monasteria in alios transferre Religiosorum Ordines, quam qui antea ista Bona Mediata possedere, secundum Textum Instrum. Pac. Westphal. Art. V. §. Omnia quaeque monasteria &c. 25. ibi: Non tamen in alios Religiosorum Ordines, quam quorum Regulis primitus dicata sunt, commutentur, nisi talium Religiosorum Ordo plane intersiderit. Tunc enim Magistratui Catholicorum liberum esto, ex alia in Germania ante dissidia Religionis exorta, usitato ordine Religiosos substituere. Add. Blum. in Proc. Cam. tit. 28. n. 34. pag. 155. Deck. in Consultat. de Pac. Civ. Relig. dat. p. 1. num. 34. pag. 125. & seqq. Schilter. de Pac. Relig. cap. 8. §. 11. ibique Reichard. in Dissert. §. 9. de Term. a quo Restit. Ben. Eccles. §. 17.

§. IX.

Porro vigor & usus Anni praesentis se exhibet, circa Dignitates aliaque beneficia & praebendas ecclesiasticas, & jubet, ut in capitulis cathedralibus aliisque, numerus utriusque Religionis aequalis, postea quoque ita proportionetur, praescripta tamen restrictione ad statum Anni 1624. Vid. Instrum. Pac. Westphal. Art. V. §. Quot Capitulares &c. 22. Blum. in Proc. Cam. tit. 28. num. 33. & 34. Deck. in Consultat. de Pac. Civ. Relig. dat. p. 1. num. 32. pag. 114. Sed & hi Canonici ac Praebendarii Religionem mutantes in amissione beneficii sui, Reservato Ecclesiastico subjacent. Instrum. Pac. Westphal. Art. V. §. Siquis &c. 15. & Blum. in Proc. Cam. tit. 28. num. 26. pag. 153. Deck. in Consultat. de Pac. Civ. Relig. dat. p. 1. num. 26. pag. 94. Sed an idem Reservatum Ecclesiasticum in Bonis & foundationibus Ecclesiasticis

I 2

Mediatis

Mediatis locum habeat, Interpretes disquirunt? Quod ipsum pariter affirmandum esse, ita duco, ut, si Canonicus Evangelicus postea ad Pontificiam deficiat Religionem, Canonicatu suo mox privetur, & vice versa. Idem etiam statuendum in Commendis atque Balliviis, ad Ordinem quidem Teutonicum spectantibus, sed in Territorio Principum Augustanæ Confessioni addictorum sitis, ex dispositione Reservati Ecclesiastici amittendis, quia, quod in Bonis Immediatis obtinet, id magis in Mediatis observandum censetur, cum nulli Statui Jus suum Territoriale in hujusmodi casus contingentia quæstum infringi valeat, Instrum. Pac. Westphal. Art. V. §. *Quantum deinde* C. 29. ibi: *Nullique Statui immediato jus, quod ipsatione Territorii & Superioritatis in negotio Religionis competit, impediri oportere &c.* Vid. Dn. Stryck. in *Dissertat. de Via Facti Principibus Imperii permissa*, cap. 3. §. 19. pag. 69. & 70.

§. X.

Colligendum autem ex Instrumenti Pacis Osnabrugensis extante Textu est satis perspicue: observari quidem in Restitutione bonorum tam mediate quam immediate Imperatori & Imperio subjeutorum, statum & conditionem primæ Januarii diei Anni 1624. Verum iste Terminus nonnihil alteratur in Bonis Mediatis mediatorum, ceu in Cap. I. Gen. Dissert. hujus §. 3. præliminariter est jamjam monitum, si nimirum contentio sit de Religione ac Bonis Ecclesiasticis inter Dominum Territorialem & subditos ipsius, tum enim non primum Januarii diem, sed quamcumque Anni 1624. partem pro norma Restitutionis reputandum esse, Indica: Instrum. Pac. Westphal. Art. V. §. *Hos tamen non ob-*
stante

stante &c. 30. ibi: *Nec minus maneant in possessione omnium dicto tempore in potestate eorundem constitutorum Templorum, Foundationum, Monasteriorum, Hospitalium cum omnibus pertinentiis, redditibus & accessionibus, & §. Placuit porro &c. 32. Blum. in Proc. Cam. tit. 28. num. 37. pag. 156. Jungatur Deck. in Consultar. de Pac. Civ. Relig. dat. p. 1. num. 37. pag. 173.*

§. XI.

Bona quoque Ecclesiastica incorporalia, utpote jura eligendi & postulandi Archi-Episcopos, Episcopos & Prælatos, sive Abbates, in eo, quo fuerunt Anno 1624, pariter permancant statu, §. in omnibus &c. 16. Instrum. Pac. Westphal. *Artic. V.* item Jura decimandi, aut alios redditus, census, pensiones & proventus ecclesiasticos exigendi atque percipiendi, similiter regulentur & ordinentur necessum est, ad statum sæpe memorati 1. Januar. Anno 1624. ita, ut, si quis fuerit in possessione perceptionis vel juris percipiendi istas obventiones, licet ex alieno territorio provenientes, eas etiam in posterum acquirat ac retineat. Imo & redditus illi, qui destructo monasterio, vel alii fundationi olim competere, secundum An. 1624. perpetuo solvendi sunt. Vid. Instrum. Pac. Westphal. *Art. V. §. Illi vero redditus &c. 45. & §. Reditus etiam &c. 46.* & Blum. in Proc. Cam. tit. 28. num. 21. & 24. pag. 153. Dn. Reichard. in *Dissert. de Terminis a quo Restit. Bon. Eccles. §. 30.* apud Dn. Schilter. de Pac. Relig. cap. 9. in fin.

§. XII.

Licet Jura Pontifici Romano alias competentia, nimirum Annatarum, Pallii ab Archi-Episcopis, & ex quadam singularitate

ritate a quibusdam Episcopis redimendi, menseseque Papales in totum cassata sint in Ditionibus & Bonis Evangelicorum, per Instrum. Pac. Artic. V. §. *Si quid annatarum &c.* 19. Attamen mensese Papales obtinent adhuc in capitulis utriusque sive mixtæ Religionis, ita, ut quoad Catholicos Capitulares decedentes, ad conditionem Anni Decretorii adhuc sint solvendi & reducendi, si illo anno in possessione Pontifices fuere. Vid. Instrum. Pac. Westphal. Artic. V. §. *in quorum autem &c.* 20. Blum. in Proc. Cam. tit. 28. num. 31. pag. 154. Sed alia hic enascitur quæstio: An nempe mensese Papales supra jamjam Cap. 2. Special. §. *fin. ex Cap. 1. Extravag. commun. de Treuga & Pac.* relati, a Principibus Evangelicis, in Bonis Ecclesiasticis immediate ipsis subjectis, exigii possint? Quod ipsam affirmandum autumno, quia suspensa Jurisdictione Ecclesiastica Pontificia, Jus Diocesana cum omnibus Juribus annexis & pertinentiis, quæ Pontificibus olim competeabant, in Principes Evangelicos & Dominos Territoriales omnes propter Jus Superioritatis territorialis, cui inseparabiliter inhæret Jus Ecclesiasticum, vid. Schilter. *de Pac. Relig. c.* 3. §. 16. & 17. est translatum, disponente ita Instrum. Pac. Artic. V. §. *Jus Diocesanaum &c.* 47. Conf. Dn. Stryk. in *Dissert. de Via Facti Principibus Imperii permissa*, cap. 3. §. 20. pag. 71. & 72. Rhet. in *Instit. Jur. Publ. lib. I. tit. 16. §. 3. pag. 249.*

§. XIII.

De Jure primariarum precum Sacr. Cæsar. Majest. competente, post Pacem Religiosam controversum fuit: utrum Imperator hoc jus in terris Protestantium exercere valeat? Et certe quidam per Pacem Religionis id ipsi ademtum volebat, utpote cujus vigore Protestantes jure suo in omnibus tran-

tranquille frui debebant, quod hac ratione non fieret, cum ipsis diversæ Religionis homines obtruderentur : Quidam vero id etiam post Pacem Religiosam Imperatori asserebant, vid. *Limn. T. II. Addit. ad Lib. 2. cap. 9. num. 8. Klock. vol. 1. consil. 4. num. 30. & seqq. Schwanem. Decis. Cameral. 8.* Sed hæc controversia est jam ita sepita, ut absque ullo dubio in Bonis Ecclesiasticis Protestantium immediatis, Imperatori istud Jus certo modo quidem, sed absque restrictione ad nostrum Annum 1624. competat : At vero in Bonis Protestantium mediatis Reservatum quidem Cæsar. Majest. istud Jus primariarum precum æque est, sed non aliter, nisi ad observantiam nostri Anni Decretorii commensurandum, per dissertam dispositionem *Art. V. §. Omnia quoque monasteria &c. 25.* hisce in verbis ; *In quibuscunque etiam fundacionibus mediatis An. 1624. die prima Januarii Sacra Cæsarea Majestas primarias preces exercuit, exerceat eas & in posterum ad modum circa bona immediata superius explicatum.* *Blum. in Proc. Cam. tit. 28. num. 30. p. 154. Deck. in Consultar. de Pac. Civ. Relig. dat. p. 1. num. 30. pag. 107.*


§. XIV.

Potuisse quidem plura ad hanc materiam facientia, interque ea maxime Remedia hoc Anno Decretorio possidentes tuentia, tam Exceptionem rei transactæ aut litis finitæ heic radicatam, de qua *Reichard. Diss. de Terminis a quo Resist. Bon. Eccles. §. 10. 11. 12. & seqq.* apud *Dn. Schilter. de Pac. Relig. cap. 9. in fin.* quam Implorationes officii Judicis, & Mantatorum impetrationes de non turbando contra Instrumentum Pacis, sed de relinquendo omnia secundum illud in statu illaeso. *Conf. Deck. de Pac. Civ. Relig. dat. p. 2. a. n. 6. usque ad finem. Blum. in Proc. Cam. tit. 28. in fin.* in medium
 produci

producere? Verum, cum, præter intentionem meam, in Elaboratione materiæ, accreverint hæ Theses Academicae, ideo manum de tabula movere sui coactus. Cæterum illa, quæ de hoc Anno Decretorio, occasionem præcipue mihi præbente Discussionem illa Gravaminum Religionis in Eminentissimis Imperii Comitibus præsentibus suscepta, conscripsi, congesti ita, ut in nullius præjudicium vergant, & si quæ minus recte, præter mentem meam, irreperiant, ea non scripta ac dicta esse velim; qui simul DIVINO NVMINI grates, quas possum, ago maximas, de sua ineffabili Gratia mihi hucusque præstita, ut ISTVD cœpta mea porro dirigat, est quod precor, sub hoc Speciminas Academico, Studiis etiam meis Academicis imponens.

F I N E M.







99 A 6954

ULB Halle


002 822 555


3



Reho ✓







30.

B. C. | D.

ANNVS DECRETORIVS
CIO IOC XXIII

in Instrumenti Pacis Caesareo-Suecici Art. V.

inter

ROMANO-CATHOLICOS

ex una

&

AVGVSTANAE CONFSSIONI ADDICTOS

ex altera parte,

quoad Restitutionem in causa Religionis, ejusdemque annexorum Iurium & bonorum Ecclesiasticorum faciendam, memorandus,

oder

Das Entscheid-Jahr zwischen Catholisch-
und Evangelischen / in strittigen Religions-
und darzu gehörigen Gerechtigkeits-Abungen,
SVB MODERAMINE

DN. HENRICI HILDEBRANDI,

J. U. D. & Institut. Imperial. Profess. Publ.

nec non Facult. Jurid. h. t. Decani,

DOMNI PATRONI & PRÆCEPTORIS, sui aetatem devenerandi,
placidae Eruditorum discussione submissus
ad d. 26 Martii, A. O. R. cio Ioccv.

ab

A. G. R.

JOHANNE CHRISTOPHORO FVRERO,
ab Haimendorf, P. N.

ALDORFI,

RECVS. IOD. CIVL. KOHLESII VNIV, TYPOGR. 1734.